Beschlüsse der Kölner Provinzialkapitel für die Westfälische Zirkarie Ord. Praem. 1665-1717.

Codex Knechtstedensis Hs. E. 2
im Kölner Erzbistumsarchiv. (Tp.1—p. 126)

veröffentlicht von Th. PAAS

ANALECTA PRAEMONSTRATENSIA, Bd. VI, 1930

[Heft 6]

Druckerei
Abtei Tongerloo

Gh 5-334

BESCHLüSSE DER KöLNER PROVINZIALKAPITEL FüR DIE WESTFäLISCHE ZIRKARIE. — 1665-1717.

DER CODEX KNECHTSTEDENSIS HS. E. 2 IM KÖLNER ERZBISTUMSARCHIV.

Als der Abt Johann Michael Hendel von Knechtsteden, der mit 21 Mitgliedern seines Konventes am 4. October 1794 vor den anrückenden Franzosen auf die rechte Rheinseite hinübergegangen war, nach 9 Monaten in sein Eigentum zurückehrte, fand er nicht nur die Abteigebäude und die Kirche, sondern auch die Bibliothek und das Archiv ausgeraubt und geplündert.

Von den aus der Bibliothek entwendeten Büchern erhielt er später gemäss dem Katalog 258 Nummern in 407 Bänden und aus den Archivbeständen einen geringen Teil der entführten Akten und Urkunden zurück. Aus diesem wiedergewonnenen Bruchteil des Archivs nahmen warscheinlich schon vor der Aufhebung der Abtei, die am 7. Sept. 1802 erfolgte, die Kanoniker Winand Kayser, der in Knechtsteden blieb und bis zu seinem Tode (1842) die Seelsorge ausübte, und Johann Heinrich Zilliken, der schon seit 1795 Pastor in Kirchlinde war und 1820 Pastor in Wattenscheid wurde († 1858), einzelne Stücke an sich, um sie in Sicherheit zu bringen Von dem Propstei-Pfarrarchiv in Wattenscheid erwarb das Kölner Erzbistumsarchiv im Sommer 1929 vier codices Knechtstedenses, von denen einer, in Schweinsleder gebunden, 18×16, auf dem Rücken den Vermerk trägt : *Decreta Ordinis et generalia et provincialia,* darunter (aus neuerer Zeit) : *Ord. Praem. Decreta etc. Hs. Kn.* In diesem Codex, der im Erzbistumsarchiv die Signatur Hs E. 2. erhielt, findet sich an erster Stelle die *Druckschrift* Capitulum generale ordinis Praemonstratensis Praemonstrati celebratum anno MDCLXXXVI. Coloniae Agrippinae. Imprimebat vidua Petri Hilden. MDCLXXXVII. Dann folgen *handschriftlich* mit willkürlicher Einschiebung von Dispenzgesuchen, Instruktionen für Pfarrer und Beichtväter, Verzichtleistungen auf Pfarrpfründen, Briefen und

Schriftstücken, die unter Mitgliedern gewechscht wurden u. s. w. ausführliche Auszüge aus den Beschlüssen der Beslüssen der Provinzialkapitel in dem Jahre 1665 (p. 1) eqq.), 1628 (p. 65sqq.), 1659 (p. 127 sqq.), 1678 und 1680 (p. 171 sqq.), kurze Auszüge aus den Beschlüssen der Generalkapitel in den Jahren 1666 (p. 246), 1657 (p. 247 sqq.) und 1660 (p. 249 sqq.), Auszüge aus den Beschlüssen des Provinzialkapitels vom Jahre 1631 und Wiederholungen aus früheren General- und Provinzialkapiteln (p. 256 sqq.),, Anordnungen des Provinzialvisitators für das Katharinenstift in Dortmund (p. 287sqq.), Auszüge aus den Beshlüssen der Generalkapitel vom Jagre 1663 (p. 304sqq.) und 1670 (p. 336sqq.), Visitationsdekrete für das Stift Cappel (p.353 sqq.), Auszüge aus den Beschlüsen des Generalkapitels vom Jahre 1717 (p. 379sqq.) und des Provinzialkapitels vom Jahre 1716 (p. 397-419).

Die Seiten 420-459 sind unbeschrieben, während die Seiten 460-468 Verhaltungsmassregeln für die Ordensmitglieder, auf grund vorangegangener Verordnungen der Ordensoberen, und einen Brief des Generalvikars in congregatione antiqui rigoris, Franciscus le Lorrain, enthalten. Nach weiteren unbeschriebenen Seiten (469-490) bilden Nachrichten über die Besetzung der Pfarrei und der Vikarie in Grefrath, über die Wahl des Propstes in Heinsberg, über die jährlich an den Ordensprokurator in Rom zuentrichtenden Tallien und mehrere die Abtei Knechtsteden betreffende Schritstücke den Schluss der für die Erforschung der rheinisch-westfälischen Ordensgeschichte im 17. und 18. Jahrhundert überaus aufschlussreichen Handschrift (p. 491-547), die nach Ausweis der vermerkten Folioseiten aus einer anderen Schrift entnommen ist.

Köln Th. PAAS

EXTRACTUS DECRETORUM CAPITULI PROVINCIALIS ANNI 1665 CIRCA STATUTA ORDINIS GENERALIA

[p. 1] Usus et praxis novorum statutorum et ordinarii omnibus impense commendaturi. Matutinae ubique media nocte absolventur (nisi vicarius vel visitatores ex causis cum aliquo monasterio dispensaverit (!), vel aliquo in loco rationes suppeterent adeo praegnantes, ut earum intuitu major licentia hac in parte sit permittanda, ita ut loco cantus tractim et distincte legantur, exceptis festis in statutis expressis. Quod si ea in 1) re neglectus deprehenderetur, debebit praelatus suos ad cantum astringere.

1. Hora quinta matutinae et non serius in tota provincia uniformiter excitabuntur et surgent tam fratres quam sorores. In choro semper servabitur meditatio per mediam horam, a medio scilicet sextae usque ad sextam, cui omnes intererunt, etiam missam matutinalem celebraturus. In tota provincia servabitur capitulum immediate post primam, praevia tamen sessione, et finito [p. 2] capitulo statim missa matutinalis inchoabitur. Lector mensae diebus dominicis petat benedictionem. Statim post capitulum, ad quam dandam, ut se commodius disponat, missam matutinalem celebraturus ex capitulo emanere poterit, cui tamen aliis diebus [f. 500] semper intererit.
2. Pro servanda uniformitate quoad disciplinam humiliatoriam et correctionem diebus veneris et aliis dandam, infligetur illa super scapulas nudatas.
3. Vesperae hora tertia post meridiem ubique cantabuntur. Hora quinta aut ad medium sextae ibitur ad coenam, qua absoluta colloquium vespertinum conceditur ante septimam finiendum a) (quod tamen in hyeme a praelatis localibus iuxta ipsorum prudentiam et discretionem non nihil moderandum) ita ut praecise hora
4. septima detur pulsus ad completorium. Eruntque colloquia, tam in mensa quam extra, semper modesta, sine clamoribus, murmurationibus et quaerimoniis ; si secus factum fuerit, non tantum culpabiles punientur, sed et praelatis iniungitur, ut

---

(a) Hs : finiendam.

(1) Ferdinand EHLEN, *Die Praemonstratenser abtei Knechtsteden*, Köln, 1904, S .90 ff.

colloquium, tam vespertinum, quam pomeridianum a) hora prima terminandum, pro parte vel in totum tollant.

5. Post completorium per quadrantem horae servabitur examen conscientiae in choro, immediate post completorium, ubi non est publicus aliquis in [p. 3] dormitorio ad hoc aptus locus.
6. Confessarii in monasteriis virorum debent esse de ordine, quibus omnes confitebuntur, nisi propter alicuius vel aliquorum instantiam a praelato approbandam alius censeretur admittendus, [501] quae tamen licentia rarius concedenda, maxime si monasterio de idoneis confessariis sufficienter sit provisum. Decernit insuper capitulum, non esse permittendum, ut religiosi mendicantes in monasteriis virorum absque expressa superioris localis licentia confessiones sive saecularium sive regularium audiant.
7. Ad quaestionem, an religiosi ordinis nostri, in monasteriis uno vel pluribus mensibus commorantes, ibidem possint confiteri, etiam aliis in monasterio illo non expositis ? respondet capitulum, quod tales non minus ac alii conventuales confiteri tenentur, illis dumtaxat, qui in monasterio isto expositi sunt, et confessio aliter de mortalibus facta sit invalida.
8. In singulis monasteriis sit philosophiae vel theologiae lector, et publicum studium habeatur, nisi propter impedimentum evidens vicarius in aliquo dispenset. Pro lectoribus autem nulli alii quam ordinis nostri professi admittantur. Ideoque abbates, personas idoneas pro huiusmodi functione habentes, non se exhibeant difficiles in iisdem, dum requisiti fuerint, subministrandis.
9. In diebus triplicibus et festivis, quando non legit, [p. 4] lector, divino officio intererit, nocturno etiam, quando abbas est in officio. Praedictae lectioni omnes intererunt, tam sacerdotes quam iuniores, nisi specialiter cum quibusdam a superioribus fuerit dispensatum.
10. Recreationes hebdomadariae in prandio semper servandae habebuntur diebus martis vel iovis, excepta septimana sancta et die [502] communionis.
11. In hac recreatione aliquid melioris cibi et potus iuxta discretionem praelatorum conventualibus subminstrabitur.
12. Dicta recreatio ultra duas horas ordinarie non protrahetur.

(a) Hs : promeridianum.

Quodsi praelatus adverteret occasione recreationum aut pitantiae superaddendae, murmura oriri aut dissolutiones vel aliquod insolescere, expostulare cum superioribus, plus petendo vel de cibo et potu querulando, poterit ipse et recreationem et id, quod superadditur, aut ex toto tollere aut ad tempus suspendere.

13. Non facile permittatur religiosis adire convivia. Si tamen quandoque honeste id recusari non possit, statuatur exeuntibus hora certa, qua infallibiliter redire debeant, sub poena ieiunii unius diei in pane et aqua.
14. Si vero limites honestatis aut sobrietatis excessisse deprehendantur, poenam triduani ieiunii in pane et aqua sustinebunt. Eandam poenam incurrent alii quicumque religiosi, tam externi quam interni, qui ad ebrietatem biberint, nisi ratio nati scandali graviorem poenam [p. 5] requirat.
15. Officiales monasteriorum in dispensando cibo et potu et similibus quibuscumque ita dependebunt a superioribus, ut non sufficiat tacitus vel interpretativus consensus, cum expressum habere possint.
16. Priorum et sacellanorum (cum habeant annua salaria sibi concessa) relicta pertinebunt [503], uti hactenus, ad monasteria, ex quibus sumpti sunt. Salarium hoc annuum exacte a monialibus pendetur idque competens, saltem infra viginti imperiales non minuendum. Quia vero decretum hoc in nonnullis monasteriis monialium negligentius effectui datur, capitulum praecipit, ut patres abbates eius observantiam in locis sibi subiectis urgeant. Ubi autem consuetudo pro ratione onerum vel proventuum ita fert, ut plus accipiat, ea deinceps servabitur.
17. Neque priores deservient monialibus in obviis quibuscumque negotiis more famulorum.
20. (à) Nullus religiosus claustralis sub quovis praetextu unquam vinum, cerevisiam aut etiam comestibilia (b) adferri curabit aut allata acceptabit, sicut nec licebit illi, sive monasterii officialis, sive pastor aut prior, externus aut internus fuerit, intra septa monasterii absque superiorum licentia edere aut bibere extra horam prandii, coenae aut communia refectionum loca conventus vel abbatiae, sub poena triduani ieiunii in pane et aqua in refectorio peragendi.

(a) Die Nummer 18 und 19 fehler in Hs.
(b) Hs : commestibilia.

21. [p. 6] Religiosi extra conventum habitantes, si ad monasterium venerint ibidemque aliquo tempore substituri sint, claustro ingresso, statim in pleno conventualium habitu compareant.
22. Pastores in conventibus residentes nequaquam ibunt ad nuptias, dedicationes, baptismata aliaque convivia absque expressa praelatorum licentia, sub poena ieiunii unius diei [504] in pane et aqua in medio refectorii.
23. Almutiorum usus per totam provinciam erit uniformis, et gestabuntur in brachio ad morem canonicorum regularium, cumque sint (a) pars habitus regularis, ideo in monasterio, ubi novitiatus (b) conferunt habitum, de almutiis quoque sese providebunt, cuius decreti executio monasteriis nostris serio commendata relinquitur.
24. Interiores vestes debent esse albae, sive coreaceae sive laneae, forma sit simplex omni curiositate carens et ideo inhibetur, ne quis alterius coloris vestibus utatur. Ubique sine exceptione servabitur uniformitas in habitu secundum latitudinem et mensuram statutorum, sine nodulis in caputio, et calcei oculati non gestentur. Quoad formam cucullorum uniformitas in hac provincia, maxime tamen in novitiatu, habenda erit.
25. Officiales in abbatia vel praepositura extra conventum commorantes quoad habitum poterunt esse in tunica breviori et scapulari cincto, [p. 7] celebraturi vero vel ad capitulum venturi, ut etiam in ingressu templi vel refectorii, erunt in pleno habitu. Praelati in publicis actibus v. g. doctoralibus, processionibus comparantes, secundum intentionem statutorum dist. 2 cap. 19 n. 22 tunicas omnino discinctas gerant, qua in re uniformitas in hac provincia servanda. Mozettis ad minus in choro utentur.
26. In abbatiis et praeposituris virorum abbates et praepositi indilate augebunt eousque numerum sacerdotum, ut tria quotidie sacra [505] celebrabuntur sine intermissione. Interea autem visitatorum erit determinare, quae sacra usque ad instaurationem numeri fieri debeant.
27. Ad capitulum proximum generale decidendum remittimus, quot sacerdotes in conventu requirantur ad tria ordinis sacra quotidie celebranda. Si omnia sacra in ecclesia aliqua peragenda ob personarum defectum non possint quotidie celebra-

(a) Hs. sit.
(b) Hs : novitus.

ri, sacrum ex fundatione quotidie celebrandum isto casu praeferendum erit alicui sacro ordinis. Minor commendatio a primissario recitanda diebus ferialibus vel in festis trium lectionum obligatoria est.

28. Circa reductionem anniversariorum, missarum et aliorum onerum, matura deliberatione praevia et habito respectu ad intentionem concilii [p. 8]. Tridentini et praescriptorum ordinis, onerum quoque magnitudinem et censum tenuitatem, ordinatur, ad minus quatuor florenos aureos annuos requiri, ut maneat obligatio sevandi vigilias novem Lectionum, mediam commendationem et sacrum cum cantu. Unde, si diversa sint anniversaria tam tenuia, ut etiam coniucta non possint hanc summam efficere, erit in dispositione praelati, ut minus aliquid fiat, servata propositione servitii minoris ad maius et censuum, qui percipiuntur.
29. Anniversaria autem sive missae aut praebendae [p. 6] sive eleymosinae extraordinariae aut similia onera a praelatis vel religiosis ordinis nostri utriusque sexus fundata nullam obligationem inducent, loquendo tam de praeteritis quam futuris.
30. Si vero diversa anniversaria sint, pro quibus nulli reditus perciperentur, neque constet de conversione in alios usus pro monasterii utilitate facta, pro iis omnibus servabitur unum anniversarium solemne (a).
31. Pro missa quotidiana in futurum ad minus centum aurei annui requirentur, cum minor summa ad alimentationem honestam unius personae non sufficiat.
32. Quoad fundatas autem missas antehac quotidianas, servabuntur illae, si valor 50 aureorum [p. 9] quotannis accipiatur, et sic proportionaliter reductio in aliis missis fundatis fieri poterit.
33. Sub hac reducendi forma non comprehenduntur onera missarum celebrandarum, quae post Trident. concilium aut in limine fundationis, sive in ipsa fundatione sunt imposita, quorum reductio Sedi apostolicae reservatur.
34. Cum in hac circaria usitatus hucusque fuerit modus eligendi praelatos per viam scrutinii, quam tamen statuta nostra non adeo probant, hinc definitum est et conclusum, quod electiones praelatorum ubique in futurum debeant fieri per viam compromissi determinati seu mixtam ex scrutinio et compromisso,

(a) Hs : unus anniversarius solemnis.

iuxta cap. Cum expediat. De elcto in 6 et glss ibidem N. inquisitis 8. 8. communiter.

Secundum hunc modum omnes electores unanimiter et sponte in unum, duos aut plures de gremio, vel exteros eiusdem ordinis compromittant, sub hac conditione, quod compromissarii singulorum vota secrete exquirant et quem post collationem factam maiora vota respectu totius capituli, non aliarum partium, habere compererint, in praelatum eligant, electum publicent et cum caeremoniis et ritibus consuetis installent, per eos, quibus de iure vel ex consuetudine id competit, confirmandum.

CIRCA ORDINARIUM

35. [p. 10] Venerabile Sacramentum in monasteriis, ad quae non confluit populus et in quibus non est cura animarum, circumferri poterit tantum in festo Corporis Christi, in praemitiis (*sic*) fratrum et in festis sanctissimi patris nostri Norberti.

In aliis autem circumferetur etiam in festis dedicationis, patroni ecclesiae atque maioribus festivitatibus, paschatis scilicet, pentecostes, nativitatis Christi, assumptionis b. Virginis, omnium sanctorum, purificationis (depositis primum paramentis violaceis) aut etiam aliis festivitatibus, in quibus citra offensionem populi et locorum sive dioecesis consuetudinem non poterit omitti.

36. Byretis quadratis ubique utentur sacerdotes canonici eorumque usus erit sequens. Celebraturi missam, tecti byreto ibunt ad altare iuxta praescriptum ordinarii : Sub summo sacro vel alio [508] (a) quovis cantando erunt nudis capitibus nisi eo tempore, quo sedetur, id est sub epistola, lectionibus et prophetiis, graduali si ludatur, aut sub versu, si cantetur, et sub versu Alleluia, sub tractu quoque, quando canitur alternatim, deinde sub offertorio, si ludatur ; si vero cantetur, absoluto cantu, si tempus supersit. Sub horis canonicis post primum versum primi psalmi omnes tegent et ad principium versus *Gloria Patri* immediate praecedentis omnes surgentes [p. 11] ad medium versus simul byreta deponent et ita consequenter ad omnes psalmos omnium horarum canonicarum, sive stetur, sive sedeatur.

(a) Nummer 507 fehlt in Hs.

Nullus sedeat vel etiam byretum imponat, nisi praelatus praesens prius suum imposuerit et sederit.

37. Quoties conventus est in albis, non licet iunioribus tegere capita. Quando autem iunior est succentor, habeat facultatem imponendi byretum, prout et cantor facit.

38. In processionibus dominicalibus extra ecclesiam semper sacerdotes byretis tecti esse poterunt, non vero in aliis solemnioribus aut supplicationibus, sicuti nec sub de profundis et introitu ad chorum.

39. In vesperis sub versu responsorii, sicuti etiam in matutinis, sub versibus et responsoriis, quae sedendo persolvuntur, supradictus modus tegendi servari poterit, etiam fratribus iunioribus, nisi conventus sit in albis. In horis b. Virginis, quando sedetur, sint tecti usque ad versum ultimum *Gloria Patri* praecedentem.

[509] Exposito venerabili sacramento in altari nullus in choro tectus erit. Concionatores, dum ad populum exhortationes faciunt, quoque tecti erunt tam intranei quam extranei, priores item et pastores eorumque sacellani, qui etiam tecti ad altare accedent.

40. Supradicti quoque omnes accurate servabunt ritum celebrandi in Ordinario et Missali [p. 12] praescriptum, ita ut nulla additio vel diminutio fiat quoad numerum collectarum. Ministri altaris quicumque non utantur libris neque rosariis neque tam alta voce orent, ut celebrantem turbent.

Mature quoque aderunt in sacristia, ut iuvent sacerdotem quoad induenda paramenta. Transeuntes altare ante consecrationem vel post sumptionem non flectant genua.

41. Ritus, qui in Ordinario praescribuntur circa diaconum et subdiaconum, thuribularios et ceroferarios et alios altaris ministros, accuratissime servabuntur. Thuribularii et ceroferarii iunctis semper manibus, sive ex stallis accedant ad sanctuarium, sive descendant usque ad stalla, ministerium suum explebunt.

42. Ad evitandam difformitatem omnes, tam praelati quam iuniores, modum orandi ante et post mensam, in breviario nostro praescriptum, usurpabunt ita, ut extra mensam conventualem loco *Miserere* dicatur *Laudate Dominum omnes gentes.* [510] (a) Quoad protractiones et abbreviationes qualiter servandum, videbitur in proximo generali capitulo.

(a) Hs : 509.

43. Horae diebus Parasceves submissa voce legendae a tribus vel quatuor in stallis suis persolvi poterunt ita, ut necesse non sit, unum ab alio audiri, sed ad modum privatae lectionis horarum pensum illud canonicum persolvi potest.

[p. 13] Ad quaestionem, an infra octavam trium regum extra festum novem lectionum recitari debeant vigiliae defunctorum ? capitulum respondet affirmative, cum neque ex breviario neque ex ordinario aliud colligi queat.

In monasteriis, in quibus festum patroni per octavam celebrandum non habet officium proprium, pro diebus infra ipsam octavam occurentibus distributum, defectus talis suppleri potest ex officio de communi in Octavario romano infra octavas praescripto.

44. Quando festum patroni primarium inciderit infra octavum vel Paschatis vel nativitatis Christi, eo casu festivitas illa in festum patroni secundarium transferri potest.

Lectiones ex regula s. Augustini in capitulo quotidiano iuxta praescriptum breviarii nostri imposterum ubique legantur.

DE MONASTERIIS VIRGINUM SEU SORORUM

45. In electionibus magistrarum fiat accomodatio ad electionem virorum, quantum fieri poterit. Magistrae et priorissae, dum post electionem et respective nominationem installentur, a praeside electionis [511] aut nominationis huiusmodi ad stallum suum deducentur, quibus virgines religiosae data manu prospera quaeque et felicia [p. 14] apprecabuntur. Nullatenus vero obedientiam sub hac aggratulatione praestabunt. Nullas ordo noster agnovit in Westphalia aut agnoscit abbatissas, et tanto minus toleranda consuetudo gestandi a magistris pedum, sed ea prorsus abolenda.
46. Priorissae in monasteriis, quae reguntur per praepositos, de consilio patrum abbatum et, quatenus commode adiri non potuerint, vicarii generalis, et auditis etiam singulis monialibus, per modum dumtaxat consilii, constituenter. Si autem, quod absit, hac in re differentiae inter patrem abbatem et praepositum orirentur, statim instituetur recursus ad vicarium generalem, qui eas indilate decidet.
47. Obedientia a monialibus in professione promissa censebitur praestita illis immediate, in quorum manibus vel cuius auctoritate professio recipitur. Clausura in omnibus et singulis mo-

nasteriis exactissime servabitur. Tolletur abusus, qui in quaedam monasteria irrepsit, ut admittantur proximae consanguineae ad ludendum, edendum, aut loquendum intra clausuram.

48. Exterioris ianuae clavem, qua itur ad cancellos, solus praepositus aut prior habeat, sicut etiam clavem exterioris serae ad ostium claustri.

49. Custrices paramenta altarium et alia ad templi ornatum spectantia per rotulas tradent. Cum templum ornatur per custricem et sociam [p. 15] eius, semper ostium exterius sit clausum, exterius omnibus exclusis. Conversae servabunt exactam clausuram, sicut et aliae claustrales velatae, et sub eadem communitate omnia ipsis subministrabuntur.

50. Patres abbates aut visitatores ordinabunt, ut communio porrigetur per fenestellam (exceptis infirmis decumbentibus), ne opus sit transire claustrum. Ubi iudicio superiorum sunt superfluae rotulae vel cancelle, a patribus abbatibus statim claudantur, uti et fenestellae in cancellis, per quas vitra transmitti possunt, cum tam velatis quam sororibus conversis ad cancellos bibere seu comedere prohibitum sit.

51. Ubivis locorum tollatur abusus, qui irrepsit in quaedam monasteria, ut in vestitionibus et professionibus extranei saeculares (non obstante consuetudine contraria quacumque) intra clausuram admittantur.

52. Pro clausura monialium integrius servanda (a) severe mandatur tam patribus abbatibus, praepositis et prioribus quam magistris et priorissis, ne cuiquam

53. monialium egressum ad visitandos parentes vel amicos concedant, neque plus hac in parte potestatis magistris quam monialibus concessam declaratur. Quodsi patres abbates deprehendant, priores, magistras aut alios in stricta clausurae custodia [515] et observantia esse negligentes vel introductioni clausurae sese opponere, tenebuntur ipsi tales etiam per amotionem ab officio ad hoc constringere.

54. [p. 16] Nullae novitiae in monasteriis, quae reguntur a praepositis, recipientur, nisi ab ipsis praepositis, cum consilio priorissae ; in iis vero, quae administrantur per priores, a patribus abbatibus et magistris admittentur. Ad susceptionem autem habitus regularis accedat consensus maioris partis conventur iuxta praescriptum statutorum. Non recipientur ullae puellae ad

(a) Hs am Rande : egress.

monasteria nostra ante annum 12 expletum, ut per semetipsas possint petere et suae petitionis seu propositi rationem dare.

Non vestientur ante annum 16, mansurae interim veste nigra simplici et non curiosa.

56. Pro sororibus conversis non recipientur ullae ad habitum ante annum 18 expletum. 20mo expleto poterunt profiteri.

57. Vestitiones monialium poterunt fieri deinceps ante summum altare vel sub summo sacro. Ubi tamen consuetudo est, ut in domo capitulari idque mane tempore capituli fiant, illa servetur, ita tamen ut occasione vestitionis nulli saeculari cuiuscumque sexus pateat accessus ad loca claustralia.

Quoad interrogatoria et preces vestitioni praemitti solitas habeatur respectus ad ea, quae praescribunt statuta et Ordinarius.

58. [514] Sorores tam chorales seu velandae quam conversae duobus annis integris probabuntur, absque dispensatione, quae soli vicario provinciae competit.

59. Ad concilii Tridentini normam nullae ad [p. 27] professionem recipiantur nisi examinatae a patribus abbatis, etiam in illis, quae reguntur a praepositis (quod tamen abbates alteri committere possunt). Si tamen pater abbas nimium fuerit dissitus, examen ad vicarium generalem eiusve deputatum spectabit. Professiones fiant iuxta modum in professione virorum in statutis et Ordinario praescriptum.

60. Putat etiam capitulum, non esse inconsultum, si germanica statuta pro monialibus imprimantur, ita tamen ut in monasteriis serventur neque communicentur aliis. Poterit etiam forma professionis lingua vernacula proferri.

61. In monasteriis virginum, in quibus sunt priores, in professionis forma utentur absente abbate hac forma : tibi patri priori personam patris abbatis representanti.

62. Reditus vitalitii vulgo Speilgeldt oder Kostgeld pro singulis virginibus nulibi permittentur, sed cum amicis ante professionem fiat transactio, ubi praepositi sunt, per praepositum et maiorem partem conventus, ubi priores, per abbatem, magistram et maiorem partem conventus ex una et amicos ex altera parte, super [515] certa summa pecuniae loco dotis ante professionem semel solvendae aut, si hoc facere noluerint aut non potuerint, super annua praestatione alicuius certae summae, non virgini sed monasterio immediate praestanda et cum reliquis reditibus [p. 18] confundenda, quoadusque tales vixerint.

Assignabitur autem monasterio pro certiore solutione certa hypotheca vel cautio, instrumento desuper erecto.

63. Pensiones singulis annis hactenus assignatae quidem manebunt, sive habeant nomen « *Kostgeldt* » sive « *Speilgeldt* », ita tamen ut non ipsis virginibus seu sororibus, quarum ratione dentur, sed monasterio pro usibus communibus statim incorporentur.

Quoad victum autem nondum vestitarum eodem modo ,uti supra, transigetur, habito respectu qualitatis monasteriorum.

Haec supradicta, quoad communitatem scilicet, sine relaxatione servabuntur, nisi tanta sit tenuitas monasteriorum et paupertas vel numerus religiosarum, ut judicio visitatorum aliud permittant aut statui debeat, qui tamen allaborabunt, ut omnia dependenter, ad evitandam (a) proprietatem, ad usum tantum adhibeantur. Servabitur etiam accurate decretum concilii Tridentini, ne plures assumentur, quam de facultatibus monasteriorum possint commode sustentari.

64. Praepositi bis aut ter in anno circa majora festa cum socio regulari intrabunt capitulum et facient exhortationem [516] ac iuxta praescriptionem statutorum denuntiabunt excommunicatas. Idem faciant priores, si patres abbates sic ipsis commiserint.

65. Disciplina humiliatoria sororibus tam velatis quam conversis dabitur in scapulam, non quidem nudatam, sed elevato tantum velo ; correctoria vero circa nudas manus.

66. [p. 19] Vestiaria communis erit. Indusia singularum notari possunt, ut recipiant illa, quae deposuerant. Omnia interim tam lanea quam linea ex communi sumentur.

67. Distributio temporis proportionaliter fiat, sicut in monasteriis virorum, ubi non est studium, et a patribus abbatibus aut visitatoribus praescribatur tempus laboris.

68. In monasteriis tam virginum quam prioratibus quibusdam virorum, ubi una tantum in dies singulos haberi potest missa, illa erit de tempore, quae alioquin in aliis summa vel major est respectu aliarum, nisi anniversarium vel fundationes aliud requirant vel necessitas ordinem illum mutari subinde jubeat. Cantabitur autem semper illo tempore, quo summa in statutis cantanda praescribitur. Ut duo sunt sacerdotes, ad minus diebus dominicis et aliis in foro festis duae celebrantur missae, per

(a) Hs : evidandam.

hebdomadam autem una ad minus. Quam frequentissime autem poterit, uterque celebret.

69. Ex refectorio non sument secum portionem aut alia comestibilia, neque bibant aut comedant (a) extra horam prandii vel coenae. Nullae sorores ulla poculenta, esculenta, lanea aut linea aut alia ad monasteria pertinentia emittent, ne quidem magistra, nisi de consensu prioris idque ex causis.

70. Cum adventantibus consanguineis et quibuscumque aliis, tam religiosis quam secularibus, non permittetur colloquium ad cancella unquam sub officio divino [p. 20], missae scilicet et horarum, capitulo aut refectione, neque unquam post completorium, sed de licentia praepositi, in aliis vero monasteriis prioris et magistrae, cum amicis proximioribus ad summum per 2 vel 3 horas, prout dicti superiores expedire iudicaverint ; cum aliis vero non consanguineis, cujuscumque conditionis, breviter colloquentur ; nullum autem cum extraneis colloqium habere permittant nisi cum socia a priore vel magistra designanda : Amici adventantes in mensa praepositi vel prioris honeste tractentur secundum qualitatem monasteriorum et dignitatem personarum, modo tamen non sint nimis frequentes aut monasterio per nimiam moram aut alio modo graves.

71. Praepositis et prioribus passim ingredi clausuram nullo modo liceat nisi in casibus necessitatis et aliis in jure er statuta expressis. Nomine clausurae autem veniunt illa praecise loca, ad quae patet monialibus ordinarius accessus, a quibus extranei omnino arcendi sunt, sive sit domicilium magistrae, sive quodlibet aliud conclave.

72. Quoad vestitum monialium statuta ordinis servabuntur, et vitetur [518] omnis curiositas, neque gestentur vela serica, et si nonnihil induantur pepla, prorsus tamen careant colore caeruleo. Ubi priores, sicuti in elocationibus villarum et similibus contractibus (b), interveniat consensus patris abbatis aut prioris de consensu ejusdem.

73. In reddendo computo a praepositis monialium, servanda est forma a Rev. Dno. Generali pro monasterio Heinsbergensi tempore visitationis [p. 21] praescripta, videlicet : quod singulis annis coram priorissa, cellaria, et seniore in praesentia patris

---

(a) Commedaat.

(b) Dieser unvilständige Satz ist wohl durch ein Verschen des Abschreibers irrtümlich an diese Stelle geraten.

abbatis seu ab eo deputandi vel etiam visitatoris et vicarii generalis omnium acceptorum et expositorum computus cum debitorum activorum et passivorum specificatione (a) fideliter reddatur.

DE PASTORIBUS ET OBSERVANTIIS REGULARIBUS

74. Sicut Praemonstratensis ordo in vim privilegiorum curam animarum in propriis canonicorum personis laudabiliter exercet, ita denegari non potest, quin ex inordinata quorumdam pastorum vita bonus odor ordinis plurimum evanescat. Serio mandetur praelatis, ut suis quique pastoribus praescribant distributionem temporis, accurate servabunt.
75. Pastoribus ordinarie adiungentur fratres sacellani, si proventus beneficiorum id ferat. Semper autem simul [519] habitabunt in eadem domo, ubi commode fieri poterit ,etiamsi vicarias habeant.
76. Teneantur autem praelati locales iis, qui extra conventum vicarias obtinent, ne omnino otio torpescant, onera quaedam et officia ad supportandum et adiuvandum pastorem suum, v. g. curam animarum, accessum ad infirmos, confessionum exceptiones, verbi Dei praedicationem
77. etc. imponere, neque possint sacellani aut vicarii adire baptismata, nuptias, convivia, iter facere, nisi de praescitu et licentia pastorum, quibus quoad regimen vitae et disciplinam ut prioribus in conventu suberunt.
78. [p. 22] Quoad officii administrationem ita ordinabunt praelati proprii, ut neque sacellani, quod ipsis forte a pastoribus injungitur, indiscrete et malitiose recusent, neque pastores totam vel majorem pastoralis oneris partem in humeros suorum sacellanorum rejiciant.
79. Pastores intra claustra habitantes omnia conventualia munia, quantum fieri potest, subibunt, habito pastoralis oneris respectu, iuxta discretam praelatorum dispositionem.
80. Externi pastores gestabunt coronas in capite conformes cum claustralibus, eruntque semper in habitu religioso et competente cum scapulari, et in ecclesiis ad minus habebunt togas chlamydes albas oblongas, nunquam habitum regularem deponent vel mutabunt, quocumque pretextu, sub poenis iuris et statu-

(a) Hs : specificatione.

torum, nisi tempore periculorum. Declarat capitulum, non solum praelatis localibus, sed et vicariis ademptam potestatem, hac in parte quicquam immutandi. Itinerantibus quidem permittitur ut habeant penulas albicantis col-

81. oris, ita tamen ut habitus regularis non tegatur. Omnino venatio iuxta statuta manet prohibita ; ubi tamen pro iure tuendo unus deberet permissu superioris adesse,erit in habitu regulari.

82. Pastores respectu eorum, quae ad curam animarum et administrationem sacramentorum pertinent, iurisdictionem diocesani eiusque visitationem, exceptis tamen iis pastoribus, qui in illis locis [p. 23] curam animarum gerunt, in quibus praelati sunt archidiaconi seu iurisdictionem episcopalem exercent et hucusque a diocesano visitati non sunt.

83. Sub poena proprietariorum pastores non contrahunt notabilia debita absque expressa praelatorum licentia in scriptis obtenta [520], neque monasterium ad satisfaciendum debitis ita contractis obligabitur, neque creditoribus concedenda erit actio in pastorum relicta, quando hi sine consensu contrahunt, nisi potestas saecularis illam actionem admiserit.

84. Pastores aliique beneficiati extra claustrum residentes, si tertio competenter praemoniti computum annuum non praestiterint, praeter poenas in jure et statutis, non tantum beneficiis suis privari, sed et a consortio et usu fratrum prorsus excludi possint et debeant.

85. Quae poena etiam ad eos extenditur, qui, sufficienter moniti, in beneficiis suis residere neglexerint ; qui, autem in proprietate post mortem reperti fuerint, poenis a jure et statutis determinatis subjacebunt.

86. Inventaria sibi ad usum concessarum aliarumque rerum quotannis tradent praelatis ; non minus priores virginum, quam pastores eorumque sacellani ; qui descriptiones has quotannis non tradent, punientur ut proprietarii, et si eos mori contigerit, non celebrabuntur pro eis exequiae. Mandatur insuper prioribus singulorum conventuum, ne exequias pro aliquo exteriore morienте celebrari faciant, nisi primum constiterit per abbates, quod annuos computus reddiderint.

87. Singuli praelati suos pastores semel in anno visitabunt [p. 24]. Assignabunt quoque eis, sicut et prioribus eorumque sacellanis et aliis quibuscumque extra residentibus, certos confessarios et, si fieri possit, ex ordine.

88. Tenebuntur praelati, quod in statutis de recollectione pastorum constitutum, quoad priores etiam et sacellanos en monasteriis monialium deservientes singulis annis in effectum deducere, idque sine ulla personarum differentia et respectu renuentur(?)Tot diebus erunt in poenitentia in monasteriis, quot debebunt fuisse in recollectione.
89. Pastores et sacellani vitabunt tabernas seu cauponas. Excedentes moniti, si non abstinuerint, ad poenitentiam in monasterio peragendam vocabuntur.
90. Nuptias, baptismata aut alia convivia non frequentabunt, nisi magna necessitas aut honestas aliud requirat, ut tamen sobrietatis leges non transgrediantur et citius domum se recipiant.
91. Usus tabaci omnibus religiosis intraneis et extraneis inhibitus maneat sub poena jejunii in pane et aqua toties quoties, iuxta decretum capituli generalis. Si tamen ejus usus pro medicina omnino foret necessarius, fiat de licentia superioris et in occulto.
92. Attendatur ad ea, quae in capitulo generali sunt circa stabilitatem in loco a pastoribus servandam statuta.
93. Patres abbates, et in defectum horum, visitatores assignabunt sacellanis [521] certam pecuniae summan pro vestitu et aliis necessitatibus, quae decori et indigentiae ipsorum sufficiant, habito respectu ad [p. 25] proventus pastorales et monasteriorum. Praeter illam taxam non habebunt pecora, apes, oves, porcos et alias quaestuationes. Nulli etiam particulari religioso, sive officialis sit sive alius, permittentur pecora, oves, apes, ad usus peculiares, sed omnia in communi redigantur.
94. Neque officiales cujuscumque nominis in elocationibus villarum, decimarum vel pro strena aliove titulo quicquam recipiant sine consensu superiorum. Quidquid autem oblatum fuerit, id cedet in usus communitatis seu conventus.
95. Reditus camerae per certas portiones, cujusvis nominis, qui solent distribui inter sacerdotes pro vestitu, ubique tollantur et cuivis dentur necessaria iuxta regulam apostolicam, sicut cuique opus fuerit, idque servetur ubique, nisi forte visitatores, attenta proventuum tenuitate, putaverint ad tempus, aliud ex necessitate permittendum et tollerandum. Interim etiam non sacerdotibus post professionem dabuntur necessaria de communi, similiter alii reditus seu obventiones statutorum, aut quocumque nomine appellentur, servient communitati in monasteriis tam virorum quam virginum. Et quia in monasteriis monia-

lium super dote transigendum est cum amicis, hinc nomen illud statutorum aboleatur et habeatur respectus ad valorem patrimonii et facultates parentum professurae. Idem intelligatur de munusculis, quae in vestitionibus et professionibus dentur magistris et priorissis aliisve officialibus, ut in commune redigantur [p. 26], confundenda cum aliis.

96. Reditus sacristiae, oblationes, quae ex missis vel ex anniversariis colligi solent, levabuntur a sacrista, applicandi ad usum et ornatum ecclesiae dumtaxat, sub onere computus districte praelato ante Pascha et Natalitia reddendi, nisi alicubi (a) consuetudo obtineat, quod reditus illi ex toto vel ex parte de licentia vicarii vel visitatoris vestiariae communi conventus deserviant, prout de facto obtinet in monesterio Wadinghausano 2), quem usum capitulum non improbat. Neque licebit isti sacristae, sub pretextu colligendi dictos reditus, egredi claustrum sine expressa praelati licentia nec quidquam in suos vel aliorum usus absque scientia praelati applicabit.

97. Nemo praelatorum praesumat, quos habuerit discolos seu morosos, eos, ut a vexa se exoneret, ad obedientias emittere, [522] sed tales usque ad plenariam emendationem sub arcta disciplina contineat, ne per promotionem morosorum reliquis quoque ansa detur contra praelatos suos insurgendi.

98. Mandatur etiam prioribus aliisque officialibus monasteriorum, ut regimini et administrationi suorum praelatorum nullatenus esse immiscere praesumant aut modum agendi ipsorum publicant privatim sugillent, sed si quid gravaminis vel difficultatis se habere existiment, id totum vicario aut visitatori in et extra vistationem debito modo ac reverentia proponant eorumque [p. 27] decisioni desuper formatae plane acquiescant, idque sub poena actualis privationis ab officiis aliisque poenis arbitrariis.

DE TALLIIS ANNUIS

99. Circa tallias communes ordinis servabitur taxa antiqua hucusque usitata et consueta, ut quilibet florenus seu libra francica ad duo capitella computetur. Cum autem pro intertenendo procuratore romano sub manu Dni. secretarii Du Crocq per gene-

(a) Hs : alicuibi.

(2) Abtei Wedinghausen in Arnsberg.

rale capitulum huic circariae, iunctis tribus monasteriis, scilicet Ilmstatt 3) et utroque Cellensi 4), imposita sit taxa 105 florenorum sive librarum brabanticarum, instituenda sit collatio cum taxa talliarum ordinariarum visitatoribus et patribus abbatibus, quando sunt in itinere visitationis causa, pro quolibet die assignabuntur titulo procurationum quinque imperiales ; idem servetur, si aliis de causis requiratur pater abbas vel visitatores ad excurrendum.

CIRCA PARTICULARIA MONASTERIORUM GRAVAMINA

100. Cum frequentes fiant instantiae quotannis apud D. vicarium pro obtinenda dispensatione abstinentiae, et in adventu et septuagesima, hinc declarat capitulum, non esse hac in parte inquietandum D. vicarium, utpote cui non [p. 28] suppetit facultas in abstinentiis praedictis dispensandi. Adeoque quoad abstinentias et jejunia per statuta nostra praescripta, stetur praecise bullae Julii secundi dictis statutis praefixae, eaedemque ad dispensandum cum toto conventu aut particularibus non infirmis, in abstinentiis ordinis, causae requirantur, quae in quadragesimali.

101. Ad quaestionem, utrum religiosus ante professionem suam [523] vel etiam post illam tacite et absque praelati vel conventus licentia in fraudem monasterii de bonis suis disponere possit ? respondet capitulum, quoad dispositionem ante professionem factam, rem illam reliquendam in terminis juris et Tridentini. Si vero post professionem fraudulentur eiusmodi dispositio sit facta, declarat capitulum, illam omnino irritam esse et nullius roboris, et tales religiosos puniendos tamquam monasterii sui defraudatores.

102. Quod si praelati probabiliter iudicent, se per expensas in novitios nimium fore gravandos, capitulum censet aequum esse, ut praelati per praestationem cautionis vel etiam actione reali aut alio opportuno medio se indemnizari faciant.

103. Commisum fuit D. praeposito s. Gerlaci 5) examen litterarum quarumdam monasterium Beselicense 6) concernentium. Re-

---

(3) Ilbenstadt in der Wetterau.
(4) Ober- und Unter-Zell bei Würzburg.
(5) Stift S. Gerlach bei Falkenburg.
(6) Stift Beselich in Hessen-Nassau.

fert autem D. praepositus, in litteris illis Ser.mum principem Hadamariensem aliud nihil quam verbalem saltem affectum(a) suum erga ordinem declarare, neque tamen ad [p. 29] restitutionem monasterii Beselicensis efficaciter inclinatum videri. Capitulum interim (b) sicut antehac, nunquam sic nec modo deposuit aut deponit animum possidendi monasterium praedictum, et jus suum semper reservatum et quovis opportuno juris remedio tam apud altememoratum principem quam apud sanctam sedem apostolicam et suam caesaream majestatem suo tempore prosequendum esse declarat et intendit.

Interim cum elapsa aestate ad instantiam D. abbatis (a) Romerstorffiensis 7) in favorem ordinis idem serenissimus princeps communicare non dedignatus fuerit, hinc capitulum censet, inscribendas esse epistolas, quibus agantur gratiae pro favore in bonum ordinis impenso, et commissio datur Dno. Romerstorffiensi litteras hasce concipiendi ac nomine capituli praesentandi.

104. Quantum ad monasterium Keppellense iuxta Segem 8), non ommittet ordo posthac laborare apud aulam caesaream et alios quoscumque superiores, ut tum hoc quam alia ordinis monasteria ad ipsum ordinem reducantur.

105. Lecta fuerunt puncta quaedam a pastore Nivenheimensi, Melchiore Kemmerling, professo Scheidensi 9), proposita, ad quae inter caetera respondet capitulum 1mo quod cum moderna tempora non patiantur regressum ad monasterium Scheidense, offert se capitulum, quod per se vel per Dnum. vicarium apud archiepis[p. 30]copos Colonienses constanter intercedere velit, ut Dnus. abbas Scheidensis Johannes Hensaeus 10) et iste pastor Nivenheimensis tam diu et eo usque in pastoratibus relinquantur suis, [524] donec occasio cum tempore affulgeat monasterium Scheidense repetendi et liberum accessum ad illud comparandi ; 2do respondet capitulum, sibi summae curae fu-

---

(a) Hs : effectum.
(b) Hs : intrim.
(c) Hs : D.D. abbatem.

(7) Abtei Rommersdorf im Kreis Neuwied.
(8) Stift Keppel im Kreis Siegen bei der Stadt Siegen.
(9) Der dem Stift Scheda im Kreis Hamm angehörige Kanonikus Kemmerling hatte in Nievenheim bei Neuss als Pastor eine Anstellung gefunden.
(10) Der Abt Hensaeus (1642-1647) war nach seiner Vertreibung aus der Abtei Scheda Pastor in Keyberg geworden.

turum, ut poenae, quibus hactenus visitatores ordinis perculsi fuerunt, tollantur et liber aditus superioribus ordinis pateat ad monasterium illud debite visitandum, usque ad rectam normam redigendum. Cumque spe bona foveamur, quod inter serenissimos principes Brandeburgicum et Neoburgicum pacificatio quaedam in puncto religionis sit ineunda atque ad statum anni 24ti omnia revocanda (a), non ommittet ordo pro posse et nosse (b) incumbere recuperationi pastoratuum Scheidensi monasterio incorporatorum, videlicet Mengeden, Hemmerden, Bosenhag, Ehrdähl et prioratus Pentdorff dicti 11). quatenus dicta loca in statum anni 24ti. reponantur, attento quod monasterium Scheidense illo anno eadem loca per se et per suos possederit, prout hoc ipsum documentis legalibus apud aulas utriusque principis luculenter probare intendit, quem in finem monitus et requisitus fuit abbas Knechtstedensis 12) necnon frater Melchior Kemmerling supradictus, ut si quae [p. 31] documenta pro monasterio Scheidensi annexis beneficiis et grangiis faventia (c) se habeant, eadem conquirere et suis locis ac tempore praesentare non omitant.

106. Capitulum censet, processum Capellensem 13) circa annum 1649 coram commissariis imperatoris inchoatum, deinceps continuandum et ex parte D.D. Knechtstedensium nomine totius Praemonstratensis ordinis litem pro vindicatione monasterii illius et bonorum esse prosequendam.

107. Prior Ellensis 14) petiit nomine sui monasterii, restitui sibi litteras sigillatas obligationis 300 imperialium Joachimicorum, quas Dnus. abbas Knechtstedensis per fratrem Michaelem Himsebradt 15) ex archivio exemisset et interea pensiones, tam cessas quam annue currentes percepisset, sub praetextu, quod

---

(a) Hs : revocenda.
(b) Hs : nosce.
(c) Hs : faventes.

(11) Die Pfarreien Mengede, Hemmerde, Bausenhagen, Werdohl und das Priorat Berentrop in Kreis Altena.

(12) Leonard Teveren 1619-1666.

(13) Stift Cappel in Lippe-Detmold.

14) Willibrord Noethen, Kanonikus der Abtei Steinfeld, seit 1652, Prior des Frauenstiftes Ellen bei Düren.

(15) Der dem Stift Knechtsteden angehörige Kanonikus Himselrath war vor Noethen Prior in Ellen gewesen.

frater Andreas Wellinghausen 16) monasterio Ellensi concessisset similem summam ex suo patrimonio, quod tamen monasterium Ellense diffitetur (a), cum oblatione reddendi, si quid debeat. Et cum responderetur, quod sanctimoniales consensissent in oblationem illarum litterarum, replicatum fuit, hoc ipsum diffidendo et casu quo simile quid esset carere viribus, eo quod abbatis Hambornensis 17) tamquam patris abbatis consensus non intercessisset. Decretum fuit, abbatem Knechtstedensem esse desuper audiendum et casu, quo non habuerit firmius fundamentum, [p. 32] indilate restituere debere epistolas. Mandatum etiam Dno. coadjutori Knechtstedensi 18) tamquam administratori monasterii Knechtstedensis, auctoritate apostolicae sedis et Ordinarii confirmato, ut intra mensem extradi faciat epistolas hucusque detentas. Si minus, datur Ellensibus facultas per arrestum aut aliis viis executivis Knechtstedenses [525] ad hoc constringendi. Interim vero monasterium Ellense, si quid Knechtstedensibus debeat, plene debere satisfacere.

Lecta fuerunt puncta monasterium Olinghausanum 19) concernentia, atque capitulum agnoscit, primum punctum quoad formidatum processum cum Knechtstedensibus, ad se vel vicarium in vim commissionis capituli generalis dumtaxat pertinere. Ad reliqua puncta summatim (b) respondet, concipiendas et nomine capituli provincialis inscribendas esse litteras vel archiepiscopo Coloniensi vel episcopo Argentoratensi (c), petendum remedium et monasterii bonum, quovis opportuno modo urgendum.

108. Dominus Rommerstorffiensis 20) relationem facit ratione monasterii Stellae Mariae vulgo Essigh 21) et petitionis virginum ibidem, quod videlicet dictae virgines ordinem nostrum in vim concessionis intueti (?) archiepiscopi ecclesiae Coloniensis tan-

---

(a) Hs : deffitetur.
(b) Hs : sumnatim.
(c) Hs : Argentoradensi.

(16) Wellinghausen, ebenfalls Kanonikus in Knechtsteden, früher Pastor in Ellen († 1657).
(17) Wilhelm Gottfried von Hillen, seit 1647 Abt von Hamborn.
(18) Peter Gillrath in Knechtsteden.
(19) Frauenstift Ölingheusen im Kreis Arnsberg.
(20) Gerhard von Entzen, Kanonikus der Abtei Steinfeld.
(21) Augustinerinnenstift Marienstern oder Essig im Kreis Rheinbach.

quam (a) loci illius ordinarii, iam non ita pridem [p. 33] assumpserint et ad professionem ordinis posthac solemniter emittendam admitti petierint, prout ex specialibus scriptis eum in finem porrectis explicativis constat. Relatione facta et rationibus appensis, resolvit capitulum, non abnuendam petitionem virginum, sed absoluto uno novitiatus anno ad professionem ordinis nostri, salvis salvandis, admitti posse et tamquam membra ordinis active et passive tractandas et habendas, et, prout ipsae petierunt, gubernio patronali Dni. abbatis Steinfeldensis esse subdendas.

Insuper deliberatum et conclusum fuit, accedente consensu domini abbatis Hambornensis, tamquam patris abbatis in Ellen, quod ex monasterio illo virgo una vel altera ad monasterium Essigh sit transferenda eo fine, ut novellas in ordine virgines ibidem in ritibus et caeremoniis nostris instruere possint et vicissim in locum Ellensium ex monasterio Essigh virgines duae, etiam ad dictum finem, reponi debeant.

109. Proponit Dominus vicarius capitulo deliberandum, an non expediat, quod dominus praepositus Hinsbergensis 22) ad pastoratus et beneficia etiam simplicia monasterio suo incorporata, pro bono et splendore ordinis, pro conservatione jurium tam monasterii Heinsbergensis quam totius ordinis, si posthac vacarint, religiosos hujus [p. 34] nostrae circariae et quidem, si ita videatur Rev.mo Dno Generali, monasterii Knechstedensis, non autem saeculares, vel etiam regulares alterius ordinis praesentari faciat, attento, quod ab officialibus episcoporum in diversis dioecesibus regulares in beneficiis monasteriis non incorporatis, imo nonnunquam etiam ex incorporatis removeantur et ad monasteria remittantur et alias jura et privilegia (b) regularium quotidie magis ac magis in dubium et disputationem atque ad interitum trahantur.

110. Resolvit capitulum, humiliter supplicandum Revmo. Dno. Generali, ut dignetur cohortari D. praepositum Heinsbergensem ejusque conventum, quatenus posthac pro decore et augmento ordinis conservatione jurium et bono pacis, ad pastoratus et

---

(a) Hs : quanquam.
(b) Hs : praevilegia.

(22) Johannes Dillen, Kanonikus aus Knechtsteden, Propst des adligen Frauenstiftes Heinsberg.

beneficia [526] (a) monasterio Heinsbergensi incorporata personas circariae nostrae et quidem, si ita videretur, Knechtstedenses ad hoc idoneas et qualificatas (b) praesentet et institui faciat. Quam humilem supplicationem dum Revmo. Dno. Generali capitulum proponit, protestatur et expresse declarat se per hoc non intendere, derogare vel in minimo juribus monasterii Heinsbergensis, sed eadem quoad omnia illibata relinquere.

D. praepositus super his auditus protestatur, se nullatenus intendisse vel intendere derogare [p. 35] juribus ordinis aut monasterii Heinsbergensis neque posse plenam resolutionem super hoc puncto edere, aliasque ad praesentationem personarum ex provincia se nunquam obstitisse aut obstitutum.

Die postero Dominus praepositus ad protocollum dat schedulam protestationis sequentis tenoris : R. D. praepositus Heinsbergensis protestatur quam solemnissime (c), quod in ea, quae in summum suum conventusque Heinsbergensis gravamen contra illius jura et tam a Revmo. Dno. Generali, quam capitulo generali latas sententias et ordinationes hesterna die de assumendis aliis, quam ex ordine religiosis (d), in sacellanos domesticos et pastores praetense proposita, conclusa et prothocollata fuere, nullatenus consentire possit aut valeat, sed ejusdem monasterii sui juribus aliisque pro redditae pacis conservatione actis, salutaribus ordinationibus firmiter inhaerendo (e), ab iis in minimo non recedere intendat.

Capitulum replicat, se nondum aliquid in hoc puncto conclusisse aut definivisse, sed ad arbitrium et beneplacitum Revmi. Dni. Generalis humiliter (f) supplicando rem illam (g) remisisse sperans interim, ipsum rationibus et motivis supra insinuatis ad propositionis et petitionis praestationem paterne inducendum.

111. Moniti (h) sunt hoc loco praelati, ut in ecclesiis parochialibus

---

(a) Hs : 525.
(b) Hs : qualifficatas.
(c) Hs : solemnussime.
(d) Hs :quam beneficiis ex ordine.
(e) Hs : inhaerendos.
(f) Hs : humilliter.
(g) Hs : illa.
(g) Hs : Monuti.

et beneficiis monasteriis suis annexis nullas alias quam regulares personas instituant.

SEQUITUR DECRETUM REVMI. DNI. GENERALIS

[p. 36] Hortamur R. D. Heinsbergensem praepositum et cum eo Ros. Dnos. dictarum circariarum praelatos eisdemque, in quantum opus sit, districte praecipiendo mandamus (a), ut si jusjurandi, quod de sui monasterii et ordinis privilegiis conservandis ediderunt, memores sint, ad pastoratus seu alia beneficia regularia a suis monasteriis quoad collationem seu praesentationem dependentia nullas alias quam ex ordine et suo, quantum fieri poterit, monasterio aut saltem provincia, personas perpetuis futuris temporibus instituant.

112. Explicavit fusius vicarius statum utriusque monasterii Ilmstadensis, superioris et inferioris 23), et modum procedendi consistorii ecclesiastici [527] Moguntini contra utrumque monasterium, cum non exigua laesione jurium et privilegiorum ordinis. Quibus omnibus auditis, decrevit capitulum, requirendum esse Revmum. Dnum. Generalem, prout hisce humiliter (b) requirit, ut apud regem christianissimum fiduciarias, (c) ad eminentissimum archiepiscopum Maguntinensem impetrare dignetur pro conservatione jurium ac privilegiorum ordinis, non solum in his, sed et aliis pluribus ordinis nostri locis, non parum labefactis et in dies magis magisque labefactandis, atque in iisdem fiduciariis commendentur monasteria Cappenbergense, Hambornense, Scheidense, Wadegociense 24), Olinghausanum aliaque ordinis monasteria sub diversis principibus et [p. 37] dominis servata, quatenus principes, comites aliique domini bona , jura, reditus et privilegia eorundem illibata servare velint. Ante omnia vero negotium hoc per procuratorem Romanum apud s. sedem et curiam Romanam est prosequendum.

CIRCA NOVITIATUM

113. Postquam in capitulo provinciali praecedente anno 1659 hic

(a) Hs : mandamur.
(b) Hs : humilliter.
(c) Hs : Christia = fiduciarias.

(23) Ober-und Unter-Ilbenstadt.
(24) Abtei Wadgassen bei Saarlouis.

celebrato communi D. D. capitularium consilio, consensu et approbatione, necnon Revmi. Dni. Generalis confirmatione, in circaria nostra communis novitiatus institutus et in monasterio Dunwaldensi 25) ordinatus fuerit idque salvo per omnia jura seminarii Norbertini et dispositionum apostolicarum, de modo etiam vivendi et tractandi novitios deliberatum et resolutum fuit, quoad debeat servari modus in statutis provincialibus et praecedenti capitulo provinciali de anno 1628 (a) (quoad) seminaristis praescriptus, videlicet, quod diebus carnium habeant pulmentum unum, carnes fumigatas et recentes, vel earum loco aliquid aequivalens, semel in septimana (b) superaddetur assatura, diebus piscium unum pulmentum cum duobus ferculis, butyro et caseo, diebus jejunii in prandio alterum addetur pulmentum, vesperi panis et potus cerevisiae pro collatione apponetur. Potus ordinarius erit cerevisia bona et bene cocta et, si fuerit fertilis vindemia detur cuilibet in septimana media [p. 38] amphora vini, scilicet pinta una diebus, quibus communicant, et altera diebus recreationum. Si vero sit tenuior vindemia, cerevisia contenti erunt. Hinc annuum vitalitium pro unoquoque sit 40 imperiales ; si tamen successu temporis illud deprehenderetur (c) esse nimis exiguum vel, si nimium minuetur (d)... medietatem vitalitii singuli in primo ingressu et evoluto medio anno alteram medietatem conferant.

114. Novitii autem mittentur cum habitu regulari et omnibus attinentiis, singulique praelati providebunt suis de calceis, caligis, lectis, lectisterniis, superpelliciis [528], simul etiam in infirmitate de medicinalibus. Pro stabilimento et perpetuatione novitiatus decretum est, ut nemo ad professionem admittatur, nisi actu fuerit in novitiatu communi per annum, nisi occasione belli vel morbi evidens necessitas aliud requirat, et praelati, contrarium facientes, praeter poenas alias vitalitium nihilominu solvent. Exercebuntur novitii in pietate, cantu, et caeremoniis ordinis aliisque exercitiis et observantiis regalaribus iuxta statuta et Ordinarium per quotidianas lectiones ad formam catechismi Servatii Lairuelz quotidie habendas. In habitu et

(a) Hs : Aus Rande : Cibi novitiorum in communi novitiatu.
(b) Hs : Sebdimana.
(c) Hs : depraehenderetur.
(d) Der Nachsatz fehlt in Hs.

(25) Dünnwald bei Mülheim a. Rh.

tonsura erunt uniformes. Magister singulis trimestribus scribet propriis praelatis de profectu sibi commissorum et in fine anni addet suum iudicium super moribus et idoneitate novitii. Si quas pecunias praeter vitalitium quocumque [p. 39] titulo attulerint novitii, dabunt ad custodiam magistri, qui illas nonnisi pro necessitatibus novitiorum applicabit, nil sibi arrogando. Habebit autem magister potestatem suos absolvendi, qui ei suberunt, sicut praelati in monasteriis propriis. De licentia tamen magistri poterunt petentes subinde confiteri alteri sacerdoti ordinis. Quoad novitiatum autem considerandum venit imprimis, quomodo novitiatus communis interteneri possit, attento quod praelati singulis annis non videantur posse novos et novos novitios submittere. Ne monasteria pluralitate personarum cum tempore graventur, mandatum imprimis est, ut omnia monasteria in submittendis novitiis ad hoc nitantur, ut novitiatui de numero novitiorum debito provideatur et res in bonum et splendorem ordinis et provinciae salubriter instituta in suo esse et conservari persistat.

Insuper putat capitulum, commode disponendos superiores et rectores quorumque monasteriorum et beneficiorum pro intertenendo novitiatu, etiam in bonum hujusmodi locorum redundantes, ut fere iuxta taxam anno 1631 in capitulo provinciali hujus pro contributione ad seminarium formatam, annue quotam velint contribuere.

Ad haec se offerant praelati, priores, pastores eorumque sacellani, qui pro sua discretione [p. 40] monasteriorum et beneficiorum facultate ad structuram Dunwaldensis monasterii et reparationes necessarias circa festum S. Michaelis aliquid contribuere atque in hoc se ordinis ac disciplinae amantes ostendere sint parati.

Commisit etiam capitulum priori Dunwaldensi, ut hospites ratione novitiorum adventantes cum equis et famulis, si quos secum habeant, ad hospitium proxime adjacens remittantur, nisi pro personarum qualitate et respectu honestas aliud requirat.

CIRCA QUAEDAM MISCELLANEA

115. [529] Dominus praepositus Cappenbergensis 26) (a) declarat,

(a) Hs : Capenbergensis.

(26) Franz Theodor von Westrem.

se in vim juris paternalis circa monasterium Scheidense sibi competentis, curam (a) ejusdem, inspectionem et jurium defensionem pro posse et nosse (b) acturum. Quam oblationem capitulum gratum ac ratum habet et Dnum. praepositum hortatur, ut studium suum et vigilantiam non remittat, se paratum esse, pro viribus collaborare et manus auxiliatrices simul conjungere.

Dominus praepositus Heinsbergensis inhaeret propositioni ante hac in ultimo provinciali capitulo factae quoad sublationem calicis, librorum et aliorum a pastore Dremmensi 27) (c) effectuatam, quem, prout petierit tunc, et decretum obtinuit, denuo ad restitutionem astringi petit.

116. Capitulum decernit restitutionem omnino faciendam [p. 41] quoad monasteria alienata ab ordine vel ab aliis hactenus contra jus possessa, praecipue Wesaliense [28] et similia. Declarat capitulum, se animum possidendi non deponere, sed suo tempore jus sibi competens prosequi velle. Cumque modo bona spes affulgeat, quod inter Sermos. principes Brandeburgicum et Neoburgicum in puncto religionis concordia quaedam sit ineunda et omnia in statum anni 24ti. redigenda, capitulum sub illa spe vivit, recuperationem monasterii hujus et annexorum cum tempore secuturam. Ad cujus sperati eventus promotionem et feliciorem expeditionem capitulum pro viribus laborabit ac decernit, necessarias informationes esse conquirendas et ad aulam Dusseldorpiensem transmittendas. Dominus praepositus Cappenbergensis (d) tanquam pater abbas Wesaliensis praemonitionem aliquam iam ante ibidem fecit, cujus studio et industria cooperabitur Dnus. vicarius et alii pro viribus, hac in parte operam sedulam collocare non desistent.

117. Sperat capitulum, Deum pro sua in ordine nostro benignitate Revmum. Dnum. Generalem ad plures annos in vivis incolumem servaturum ; si tamen ultimum fatum ipsum subire contingeret, eo casu remittit se ad capitulum generale anno 1663 Praemonstrati celebratum et singulariter ad decretum sess. 16,

---

(a) Hs : coram.
(b) Hs : nosce.
(c) Hs : Dremnensi.
(d) Hs : Capenbergensis.

(27) Vermutlich der Knechtstedener Kanonikus Wilhelm Pellionis, der zur Zeit in Dremmen Pastor war.
(28) Stift Oberndorf in Wesel.

die 30. Aprilis horis matutinis formatum et de regimine per ordinem in circariis tali casu instituendo ordinatum.

118. [p. 42] Dominus coadjutor Knechtstedensis proponit capitulo, quidnam agendum circa fratrem Michaelem Himsselradt, professum Knechtstedensem, qui opportuna occasione pes ipsum Dnum coadjutorem ad conventum tractus ibidem de facto in custodia asservatur. Qua propositione facta Dnus. vicarius e capitulo ultronee sese subtraxit (a) ad evitandam omnem suspicionem partialitatis, interim capitularibus, quid hac in causa dicendum et statuendum, relinquens. Capitulum censuit, intimandam esse detentionem dicti fratris Michaelis Revmo. D. Generali ab eoque petendum, quidnam circa eumdem ulterius sit dicendum: interea vero saepe dictum fratrem Michaelem Knecktstedii in bona custodia sollicite detinendum. [530] Circa decretum (b) Revmi. Dni. Generalis de fratre Michaele Hemselradt Knechtstedensi (c) declaramus et pronuntiamus, standum esse capituli nostri generalis anno 1675 celebrati sess. 25 decreto, quod Revdi. (d) admodum confratris nostri bonae memoriae D. Norberti Horrichem (e), abbatis Steinfeldensis, nostri per supra memoratas circarias generalis vicarii praematura morte dictique fratris Michaelis fuga debitae executioni hucusque demandatum non fuit. Eapropter istius [p. 43] defuncti loco dignum epusdem in abbatia Steinfeldensi nostroque per dictas circarias vicariatu generali successorem admodum Rdum. Dnum. Johannem Luckenradt (29), Rdumque. Dnum. Petrum Geilradt, ecclesiae Knechtstedensis coadjutorem ; ejusdemque tam in spiritualibus quam temporalibus legitimum administratorem, dicti fratris Michaelis immediatum superiorem, substituendos duximus et per praesentes substituimus, eisdemque seu eorum alteri, conjunctim vel divisum, omnimodam dantes potestatem ac speciale mandatum, hujusmodo decretum indilate suo effectu demandandi ac insuper de dicti fratris Michaelis a dicti decreti emanatione vita et moribus inquirendi seu juridice informandi, eumque pro demeritis juxta statuta nostra puniendi, mandates omnibus nobis subditis sub poenis juris et

(a) Hs : substraxit.
(b) Hs : circa fratrem Michaelem decretum.
(c) Hs : Knechtstedensis.
(d) Hs : quia quod Rdi.
(e) Hs : Horichem.

(29) Abt von Steinfeld 1661-1680.

statutorum nostrorum, ut praetactis (a) nostris commissariis seu commissario ad praemissorum executionem procedentibus seu procedenti (b) prompte pareant et obediant, invocato etiam, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio.

119. Cum Dnus. abbas Knechtstedensis diversis vicibus ad capitulum devehi institerit ad propositiones quasdam ibidem faciendas, missa est rheda Dni. vicarii, et priori Steinfeldensi (c) commissum, dictum abbatem ad congregationem capitularem vocare et secum [p. 44] adducere. Voluit autem Dnus. vicarius, ut praemoneatur Dnus. Knechtstedensi 1° ne in capitulo quidquam voce vel scripto proferre praesumat, quod s. sedem apostolicam et commissiones ab eadem emanatas vel in minimo laedat, cuius auctoritatem per omnia illaesum habendam vult et agnoscit : 2° ne similiter quaedam contra Revmum. (d) Dnum. Generalem, ejusque auctoritatem et reverentiam hoc in loco agat aut dicat, quam aeque ob oculos positam habet capitulum : 3° ne contra praepositum Heinsbergensem quidquam honoris ipsius laesivum eloquatur, sed si contra personam ipsius aut quoad negotium Heinsbergense et Knechtstedense hinc inde controversum movere se posse existimet, id totum, utpote huc impertinens et extra capituli discussionem et authoritatem positum coram judice competente moveat. Dominus coadjutor Knechtstedensis expresse declarat, sibi nil de [531] propositionibus ex parte Dni. abbatis Knechtstedensis faciendis constare, et si contingeret, quaedam minus congrua ab eodem in medium proferri, se non velle nec posse quidquam eisdem se immiscere, sed semper pro partibus s. sedis apostolicae et Revmi. Dni. Generalis ac ordinis stare paratum et obligatum, salvis interim (e) per omnia juribus monasterii Knechtstedensis [p. 45]. Posthac proposuit D. abbas Knechtstedensis et ex scripto verbotenus puncta quaedam perlegit. Quibus auditis, capitulum eadem, in quantum a viro multam experientiam habente profecta, gratanter accepit, quantum pro, laudat, quantum vero contra, protestatur, de iisdem interim, si quae fortassis prothocollo inserenda forent, censet eorum copiam huc apponendam et adjungendum, quod etiam Knechtstedensis intra

---

(a) Hs : praetatis.
(b) Hs : procedendi.
(c) Hs : prioris Steinfeldensis.
(d) Hs : Rdum.
(e) Hs : intrim.

paucos dies se facturum adpromisit. Finaliter omnes capitulares submiserunt haec omnia suprascripta decreta iudicio et examini Revmi. Dni. Generalis, cujus obedientiae ex integro se subjectos humiliter profitentur. Acta, conclusa, lecta et publicata sunt haec omnia in praesentia Dnorum. abbatum, praepositorum, priorum, pastorum, caeterorumque capitularium Coloniae in oratorio s. Norberti congregatorum die 14. Aprilis anno 1665, et pro majore robore omnes et singuli, qui capitulo interfuerunt, nomina sua subscripserunt et sigillum capituli provincialis imprimi atque haec decreta a me infra nominato quoque subscribi, uti et totum prothocollum mandari et fideliter servari jusserunt, addentes, nemini absque expressa Dni. vicarii licentia aliquid ex prothocollo communicari debere.

[p. 46] Signatum

F. Joannes Luckenradt, abbas Steinfeldensis, vicarius generalis.

F. Adolphus Gulich, abbas Saynensis et visitator capituli.

F. Franciscus a Westrem, praepositus in Capenberg.

F. Gerhardus von Entzen, abbas in Rommerstorff.

F. Wilhelmus Godefridus ab Hyllen, abbas Hambornensis.

F. Antonius Schlinckmann, abbas Arnsteinensis.

F. Petrus Geilradt, coadjutor Knechtstedensis.

F. Phillipus Gretsch, monasterii sanctae Mariae V. in Wadegotia abbas, subscribo decretis capituli provincialis.

F. Godefridus Hamenich, prior Cellensis prope Herbipolim, deputatus plenipotentiarius abbatis Cellensis et abbatis Ilbenstadiensis.

F. Nicolaus Engel, prior Wedinghausanus, deputatus plenipotentiarius D. abbatis Wedinghausani.

F. Melchior Kemmerling, deputatus plenipotentiarius D. abbatis Scheidensis.

F. Martinus de Gaugreben, plenipotentiarius praepositi Varlariensis.

F. Bertramus Bernardus a Bellinghausen, plenipotentiarius praepositi Clarholtani.

[532] F. Joannes a Dillen, praepositus Heinsbergensis.

F. Cleophas Kegels, praepositus s. Gerlaci.

F. Nicolaus Engel, prior Wedinghausanus, deputatus plenipotentiarius D. D. praepositorum Olinghausani et Rombecani (30).

(30) Frauenstift Rumbeck im Kreis Arnsberg.

F. Norbertus Heiner, p. t. praeses seminarii Herbipolensis, deputatus plenipotentiarius [p. 47] D. praepositi Cellae inferioris.

F. Petrus Geilradt nomine praepositi Capellensis.

F. Stephanus Horrichem, prior in Richstein (31).

F. Theodorus Firmenich, seminarii praeses (32).

F. Wernerus Hoedt, prior in Niderehe (33).

F. Stephanus Loesen, prior in Dunwaldt.

F. Hyeronimus Cranenbach, magister communis novitiatus.

F. Wilhelmus Heimbach, prior Steinfeldensis nomine prioris Marensis (34).

Loco prioris in Füssenich (35) absentis, F. Wilhelmus Godefridus ab Hillen, pater abbas.

F. Cleophas Kegels, loco F. Godefridi Haymans, prioris in Wenaw. (36).

F. Hermannus Greven, lector Knechtstedensis ex parte prioris Tremoniensis (37).

F. Willibrordus Noethen, prior et pastor in Ellen, professus Steinfeldensis.

Praepositura Langwadensis ex morte D. Joannis Bëotis (38) vacat.

F. Gerardus von Entzen, abbas Rommerstorffiensis nomine monasteriorum Aldenbergh, Engelporth et Rode (39).

F. Wilhelmus Heimbach, prior Steinfeldensis (et caetera nomina).

F. Jacobus Groven, prior Knechtstedensis.

119. F. Augustinus Le Scellier Dei, apostolicae [p. 48] sedis gratia Praemonstrati abbas, totius ejusdem ordinis caput et reformator generalis, Regi christianissimo a consiliis etc. Rdo admodum confratri nostro D. Joanni Luckenradt, abbati Steinfeldensi, nostro per Westphaliae, Iveldiae (40)

---

(31) Priorat Reichenstein bei Monschau, das der Abtei Steinfeld unterstand.

(32) Praeses des Seminarium Norbertinum in Köln.

(33) Priorat Niederehe im Kreis Daun, abhängig von Steinfeld.

(34) Frauenstift Meer zwischen Düsseldorf und Krefeld.

(35) Frauenstift Füssenich bei Zülpich.

(36) Frauenstift Wenau bei Düren.

(37) Prior des Katharinenstiftes in Dortmund.

(38) Johann III. de Beaulyes.

(39) Frauenstifte Altenberg bei Wetzler, Engelport bei Treis an der Mosel und Marienrod im Kreis Koblenz.

(40) Ilfeld.

et Wadegotiae circarias vicario generali, Rdis pariter confratribus nostris D. D. abbatibus, praepositis aliisque ordinis nostri utriusque sexus personis intra dictas circarias deo famulantibus salutem sincerumque christianae dilectionis affectum. Capituli vestri provincialis Coloniae die 19 Aprilis ultimo praeteriti et seqq. deo optimo auspice convocati et celebrati acta seu decreta pag. 25 cum media comprehensa ab iis, qui eidem suo vel principalium suorum nomine interfuere, subscripta consuetoque dictarum circariarum (a) capitulari sigillo munita vidimus, legimus et pro officii nostri debito districte examinavimus et quosdam articulos suo loco insertos ad statutorum capitulorumque generalium nostrorum regulam componendos duximus et composuimus. Hujusmodi autem decreta, a nobis, ut supra, limitata seu emendata, aliaque, quae, uti statutis nostris communibus comitiorumque generalium [533] nostrorum responsis conformia, immutata reliquimus, recepimus, approbavimus et confirmavimus et per praesentes recipimus, (p. 49) approbamus et confirmamus, mandantes praefato nostro vicario generali, ut ea(b)in supradictarum circariarum monasteriis as locis indilate publicet seu publicari faciat eaque omnia ac singula et imprimis, quae de abstinentia diebus per statuta nostra praescriptis servanda sanctimonialiumque ad concilii Tridentini et statutorum nostrorum(normam)arctissima clausura supra sancita sunt, quam exactissime servet et ab omnibus et singulis praefati nostri ordinis per memoratas circarias professis (c), tam praelatis quam subditis, sub poenis juris aliisque mediis opportunis observari faciat. Datum Praemonstrati die 14 Julii anno Domini 1665, in quorum fidem praesentes manu nostra et secretarii nostri subscriptas sigilli nostri impressione jussimus communiri.

F. Augustinus Le Scellier, abbas Praemonstratensis et generalis.

Concordat cum originali.

De mandato Dni. Dni. mei Dni. abbatis Praemonstratensis, totius ejusdem ordinis Generalis etc.

F. Theodorus Firmenich manu propria.

(a) Hs : dictorum circariorum.
(b) Hs : in ea.
(c) Hs : professoribus.

120. Sequuntur litterae particulares D. Generalis ad etc.

Rdi, admodum Dni Confratres, Filii in Christo carissimi(a). Dilati hucusque ad vestrum provinciale colloquium responsi causas hic non edisseram, cum eas sua ad Rdum. admodum Dnum. vicarium generalem nostrum epistola secretarius noster abunde tetigerit.

[p. 50] Capituli vestri decreta (paucis quae statutorum et capitulorum generalium nostrorum legibus minus conformia videbantur, ad eorundem normam conpositis) legimus, examinavimus et pro officii nostri debito confirmavimus. Faxit Deus optimus : ut quae tam sancte a vobis sancita sunt, fideliter ab omnibus observentur. et si sanctissimum patrem nostrum Norbertum toto anno jejunantem consequi per vires non liceat, saltem per jejuniorum et abstinentiarum in statutis ipsius contentarum fidelem et promptam observationem tantum patrem eos prosequi non pigeat, qui se ipsius esse filios gloriantur.

His finio, Deum pacis et totius consolationis Dnum. Jesum per sanctissimum patrem nostrum obsecrans, cui tanta in conciliandis inter se concertantium animis virtus et potentia, ut nonnullos ex vobis (quos ut ipsorum honori parcam, nominare non ausim) contra se passim verbis mutuo arietantes, ad agnorum suorum mansuetudinem [534] reducat, omniumque vestrum corda et intelligentias sanctissimae unionis vinculo sic adunare dignetur, ut uno corde, uno ore glorificetis Patrem ejusdem Dni. nostri Jesu Christi, in cuius visceribus sum,

Rdi, Dni. confratres, filii in Christo carissimi (b), vester in Christo addictissimus servus et confrater

F. Augustinus Le Scellier, abbas Praemonstratensis et Generalis.

[p. 51] Praemonstrati die 14 Julii anno 1665.

Erat inscriptum : Rdis. admodum ac amplissimis Dnis. circariarum Westphaliae, Iveldensis et Wadegotiae vicario generali, abbatibus, praepositis ac patribus pro comitiis celebrandis Coloniae in collegio s. Norberti nuper congregatis.

(a) Hs : charissimi.
(b) Hs : charissimi.

EXTRACTUS PROTHOCOLLI CONSILII STATUS CHRISTIANISSIMI FRANCORUM REGIS

Ad libellum supplicem praesentatum regi, cum esset in consilio suo, per Augustinum de la Fallories, Libertum de Pape et Joannem Luckenradt licentiatum theologiae, abbates Bonae Spei, Parcensem et Steinfeldensem, vicarios generales abbatis Praemonstratensis in Belgio et Germania deputatos (a) ad regiam majestatem ab abbatibus et conventibus dicti ordinis Praemonstratensis in provinciis eorum, qui continebat :

Clausula concernens et finis.

Alterum decretum magni consilii de 31 [p.52] Martii anno 1663, quod praecipit, ut dictae litterae patentes suae Majestatis mensis Decembris 1661 registrentur in registris dicti consilii, ut dictus abbas Praemonstratensis et religiosi dicti ordinis gaudeant juribus, privilegiis, libertatibus, Freyheiten, immunitatibus, exemptionibus in illis contentis et memoratis, sicut bene gavisi sunt et deberent gaudere et adhuc de praesenti gaudent, et aliis punctis contentis in dicto libello supplice, audita relatione Dni. commisarii ad hanc deputati et omnibus perpensis, sua Majestas volens in suo consilio favorabiliter [535] tractare ordinem Praemonstratensem, non attento decreto sui magni consilii de 22 Septembris ultimi etc., tantummodo quia dictum est per illud, quod super appellatione quasi abusus interposita per dictum procuratorem generalem de exemptione bullae Papae Alexandri 5ti. 41) partes contestabuntur magis ample seu fusius, ordinavit et ordinat, quod supplicantes gaudebunt juribus, privilegiis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus mentionatis seu memoratis in litteris patentibus mensis Decembris 1661 conformiter dicto decreto magni consilii [p. 53] de 31 Martii, ita ut nulla prorsus ratione aut modo possint aut debeant turbari.

Factum in consilio status regis, cum Majestas sua in eo esset, habito Vincennis Ia. Septembris 1664. Signatum de Lionne cum

(a) Hs : Luckenradt licentiatorum theologiae, abbatum Bonae Spei, Parcensis et Steinfeldensis, vicariorum generalium abbatis Praemonstratensis in Belgio et Germania deputatorum.

(41) LE PAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis ordinis* Parisiis, 1633, p. 704 seqq.

sententia. Et erat subscriptum. Concordat cum originali. Tes. tor Babeur abbas Doniqz Martiniensis 42).

1704 October 6 : Dispensgesuch des Pastors Heinrich Schillings in Frimmersdorf an den Kölner Nuntius Giulio Piazza für Brautlente seiner Pfarre, die im 3. Grade mit einander verwandt und verschwägert sind [p. 54].

[p. 55 sqq] Instructio parochorum et confessariorum pro casibus, quorum absolutio seu dispensatio a s. poenitentiaria apostolica impetratur.

[p. 62 sqq] 1679 April 17 : Der Abt Peter Feveren von Knechtsteden nimmt den Verzicht des Pastors Joannes Schiffeler in Hünshoven auf seine Pfarre an.

(42) Dommartin.

(p. 171). EXTRACTUS PUNCTORUM SEU QUORUNDAM ARTICULORUM, PROUT IN TRIBUS CAPITULUS PROVINCIALIBUS PRO NUMERO TOTIDEM CIRCARIARUM SEU PROVINCIARUM, NEMPE WESTPHALIAE, IVELDENSIS ET WADEGOTIENSIS PRAEM. ORDINIS, CAPPENBERGAE, CONFLUENTIAE AC DEMUM COLONIAE SUCCESSIVE FUERE DECRETA ET DEFINITA.

Anno 1678.

(539) Deo Auspice. Suffragantibus quoque meritis sanctorum virorum ac confessorum Norberti archiepiscopi Magdeburgensis et Godefridi, comitis Cappenbergensis, loci huius fundatorum, plantatorum, rigatorum.

Nos infrascripti abbates, praepositi, praelati deputati, aliique priores, pastores, canonici pro congregatione capitulari legitime citati et apud ecclesiam Capenbergensem, praemissis de iure praemittendis, ad diem 14. Junii currentis anni in sacello s. Martini, (p. 172) templo maiori Capenbergensi septentrionem versus cohaerenti, unanimiter comparentes, praestita prius ante altare flexis genibus (quotquot nimirum in hac plaga, perstrepentibus ab altera parte Rheni ac circumcirca bellis multaque monasteria ordinis simul involventibus, adesse potuimus) in manu domini vicarii sponsione ac promissione de obedientia ac reverentia Reverendissimo ac Illustrissimo Domino generali Praemonstratensi (a) necnon decretis seu ordinationibus huius actus debite confirmatis prompte exhibenda, pro divinae maiestatis honore, ecclesiae catholicae utilitate, candidae nostrae religionis incremento ac multarum millium animarum salute, praevio maturo iudicio, sequentia puncta seu articulos censuimus statuendos ac decernendos.

1. Primo cultus divinus per preces et sacrificia quotidiana ad piissimam fundatorum et ecclesiae catholicae intentionem iugiter

(a) Hs : Praemonstratensis.

habeatur prae oculis, neque ullae horae canonicae vel aliae orationes, ex praescripto breviarii vel constitutionibus ordinis legendae, unquam omittantur.

2. Quotidie in omnibus virorum monasteriis (p. 173) peragantur tres missae secundum statuta celebrandae, nisi quod pro hac iniuria temporum plures personae alicubi (a) ali non possint, signanter in Scheda forte et Hamborn, ubi pro parvitate personarum et sacerdotum praesentium in dies procurentur legi duo sacra, ubi vero numerus sacerdotum per favorem pacis augeri potest, iuxta conformationen ordinis et statuorum nostrorum procedatur.
3. Sit decor et nitor tam in altaribus, quam templis, sedilibus chori, maximeque in paramentis, quibus sacerdotes Dei sacris operaturi induuntur. Ss. Eucharistia summo cultu adoretur et spectabili, splendido, quoad eius(?) fieri potest, augustissimoque sacrario reponatur ,continuo lumine die ac nocte collustranda.
4. Officium canonicum deinceps nunquam cantetur seu legatur, nisi ritu et forma in statutis praescripta, et in hac sacra congregatione semel pro semper abrogatur mos in cœnobiis quibusdam inolitus, semper tamen prohibitus a visitatoribus, ut Sexta et Nona quotidie legantur (p. 174) ante prandium sicut et Completorium ante cœnam, quae mala consuetudo et corruptela nedum statutis et regulae s. Augustini, quam professi sumus, adversatur, sed et rebus œconomicis contraria est, quia prandium et cœna pro libitu protrahitur cum dispendio temporis et irrogatione damni.
5. (540). Pulsus campanarum ad divinum officium, qui censetur signum catholicae nostrae religionis et incentivum christianae pietatis, a iuvenibus, nomen sacristae seu custodis prae se ferentibus, tam concinne, (b) subinde raptim aut breviter fit, ut audientes extraque stantes facile coniicere possint, religiosis intra occupatis et ad chorum cursim confluentibus non magnae curae esse, quomodo horarum divinarum pensum absolvatur.
6. Abrogandus plane malus mos est, ne scilicet horae canonicae legantur sub initium vel finem missae, quando haec subinde ob personarum raritatem perfici debebit, quin omnes superiores curabunt, ut communiter ad cantum missae subditi astringantur, idque facili negotio impetrabunt. si opere et exemplo mon-

---

(a) Hs : alicui.
(b) Hs : tam in concinne.

strent, quod verbo praecipiunt, (p. 175) nisi quando urgentissimae causae absentiam cohonestant.

7. Non ferendum, quod aliqui cum pileo vulgari seu usuali, qualem foris portamus ad chorum veniant vel pileum suum proxime retro stalla seu in ambitu appendant, mox resumpturi, quando officium fuerit finitum. Unde et prohibetur, ne religiosi claustrales quibus id ex officio minime incumbit, foris ad atrium procedant, ibi seu in horto spatientur. Si semel iterumque per hebdomadam spatiamentum indulgeatur, praecedat, necesse est, praelati expressa licentia ; alias providendum, qualiter aedificia quaedam removeantur eorumque loco formetur iucundus hortus pro religiosis, ne excurrendi occasionem quaerant, ne sub praetextu angustiae loci seu ob defectum horti conventualis foris deambulent.
8. Tanta est diversitas in habitu regulari (qui quidem religiosum seu canonicum non facit, designat tamen patenter et indicat) ut statim inducenda sit conformitas in gestamine (p. 176) vestium religiosarum seu habitus, ne quisque sibi selegat, quod ipsi libet, adeoque nullatenus ferendum, ut abiicientes cucullos ordinis assumant aliqui pallia alba communia, qualibus uti solemus in urbe aliqua, iisque byretum capiti addant seu pileum quadratum mirabili schemate ; fiant proinde statim cucullae ad formam ordinis, habitumque competentem gerant infra genua defluentem. Superiores maxime diebus dominicis missae intersint neque sic ad extranea properent, ut exinde dissoluti aut tepidi efficientur subditi.
9. Computus accurate dentur conventus maioribus, semelque officiales eos exhibeant superioribus suis. Hisce utrisque mandatur, quatenus singuli vicario circa proximum festum s. Martini deductionem status monasteriorum suorum generatim saltem pro notitia exhibeant. Simul etiam decretum, quod sicut praelati iuxta statuta tenentur dare computum superioribus seu visitatoribus et conventus sui officialibus, ita recipere officiales, et beneficiati claustrales eundem tenentur dare praelatis suis singulis annis. (p. 177) Item pastores et beneficiati extranei iuxta decreta statutorum dist. 21 c. 23 n. 25 et seqq., ubi et praeceptum, ut singulis annis hi teneantur in proprio et nativo monasterio servare per triduum spiritualem recollectionem, interim praelato suo designationem omnium rerum et calculum de acceptis et expositis daturi.
10. Studia sacra instaurentur iisque diligenter incumbatur iuxta

mentem Conc. Trid. sess. 5 c. i de reformatione, iuris item canonici, statutorum quoque ordinis et fundationum tabulas, iuxta quas hinc inde professi iubentur praedicationi evangelii insistere, populum verbo et exemplo erudire ; cuius contrarium cum offensione magnatum et fidelis populi minime permittendum.

11. Cum Coerdensis residentia prope urbem Monasteriensem cum proventibus suis in alumnatum seu seminarium religiosorum Capenbergensium in academia Monasteriensi sacris studiis vacantium applicata sit, idque sub vigili inspectore regulari eiusdem ordinis perque s. sedem apostolicam Romae in s. congregatione Eminentissimorum (p.178) Cardinalium de propaganda fide (a) et Illustrissimum ac Reverendissimum (b) D. Marcum Gallium, Nuntium apostolicum Coloniensem et in partibus Rheni seu inferioris Germaniae cum potestate legati de latere, perpetuo unita et annexa sit, illudque intentum propositum et institutum diplomatibus ac decretis existat confirmatum et approbatum atque perpetuae firmitatis robur habere iussum, postmodum etiam bene cœptum, dum quatuor professi canonici Capenbergenses, impressis etiam thesibus, peritiam suam in theologia contestantes, in palestra et studio exercitii theologici simulque regularis disciplinae, ut vivi lapides novae illius structurae fundamentum collocarunt, nunc autem palestrae illius bene inchoatae ac per annos aliquot durantis status suspendatur, dum mortuis tribus canonicis professis eorumque loco totidem ad novitiatum susceptis iuxta promissionem D. praepositi, servata professione, instaurandum erit tam sanctum et in ecclesia Dei proficuum opus, missione scilicet novarum plantarum, quae excrescent doctrina et moribus in grandes (p. 179) solidosque arbores, flores et fructus honestatis cum bono virtutum odore, proferentes D.D. praepositi Varlarensis, Clarholtanus, Scheidanus conferent possibilia ad hoc media (abbatia Hambornensi libenter concurrente, dummodo non premeret grande aes alienum et novitiorum inopia, sacerdotum etiam raritas) ut aliquot e suis adiungantur et bene excolantur, prout relictis seu recessibus visitationum id congruit indeque resultat accedente ipsa necessitate necnon cohortatione magnorum virorum ad Conc. Trid. s. 25 de regularibus c. 2 se reflectentium. Praeparant namque se ita candidi religiosi in opus evangelii, quippe qui iuxta apostolica privi-

(a) Hs : sede.
(b) Hs : Illustrissimorum ac Reverendissimorum.

lega institutum hoc ordinis sunt amplexi, implentes voluntatem sancti Norberti, magni praedicatoris simulque humilitate illustres suos natales contegentis, cum reflexione ista, quod professores huius ordinis proprii sacerdotes sint, non vicaria opera ut aliorum ordinum sacerdotes per supplementum in messe dominica et vinea patris-familias laborantes.. Explicationem huius decreti invenies infra apud capitulum Coloniense.

12. (p. 180) Capenbergae indilate reparetur dormitorium novis asseribus, sarta tecta instaurentur contra pluvias et stillicidia ; nedum nova fabrica exspectatur, religiosi cum periculo vitae aut gravis infortunii cadunt deorsum. Infirmitorium statim pro aegris aedificetur seu assignetur aliud conclave honestum, unum alterumve, qualis commoditas in multis minoribus monasteriis modo existit, quidni potius in tam spectabili domo !
13. Quoad Hambornense monasterium audita commissariorum ad hoc deputatorum relatione factaque discussione, definitum a capitulo, prout extractus particulatim communicatus planius demonstrat, ac si hic verbotinus inseritur.
14. Proposititone facta de talliis ordinis solvendis. Vide infra, quae sint decreta.
15. Interrogatus specialiter fr. Theodorus Winter, sacellanus Tremoniensis (1), super statu monasterii, respondit, in bono esse cursu quoad temporalia, quantum sibi constat, quoad spiritualia remittit se ad iudicium superiorum, in specie autem, utrum (a) satisfaciat officio suo, respondit, quod putet se satisfacere. Interrogatus, utrum D. abbas Knechtstedensis ibi visitaverit, respondit, quod sic et quod (p. 181) partem decretorum iudicio et prudentiae prioris commiserit, reliqua ex parte annullaverit.
16. Ad petitionem D. praepositi Schedani exponentis, quod festum dedicationis annue dominica post octavam visitationis B.V. concurrat cum octava sanctissimi Patris Norberti indeque oriantur difficultates, capitulum decrevit, officium dedicationis servari posse dominica aliqua (542) occurente circa festum s. Lamberti, ante vel post, prout visum fuerit.
17. Mota est quaestio circa monasterium monialium Wesaliense, vocatum Overendorff, quod D. praelatus Capenbergensis suo tempore sibi, uti paternitatem habens, reservat vindicandum

---

(a) Hs : Das Wort utrum findet sich zweimal.

(1) Kaplan im Catharinenstift zu Dortmund.

ipsique ordini restituendum vi pacis Monasteriensis de anno 1648.

18. Promiserunt D.D. praepositus Capenbergensis et decani Wernensis et Ahlensis, quod sarta tecta ecclesiarum parochialium in Werne et Ahlen pro posse velint urgere et promovere, adigendo eos, qui ad hoc praestandum tenentur, invocato etiam brachio saeculari.
19. (p. 182). Decretum est in capitulo, quod religiosus quidam observans, Capenbergae commorans pro excipiendis confessionibus conventualium, debeat manumitti, et ex gremio aliqui constituti, qui ad hoc officium iudicio D. praepositi habiles iudicantur, prout de facto constituti sunt prior loci et pastor in Borck proxime habitans.
20. Decretum in capitulo et omnium voto conclusum est, ut religiosi ordinis nostri et superiores ipsi, maxime nobiles, in decenti clericali saltem rasura et corona in capite ad formam imperialis posthac incedant, ad quod superiores se promptos (a) exhibent.
21. Ad propositionem factam quod D. D. praepositi locales sint valde restricti in danda licentia religiosis suis eundi ad amicos, capitulum respondit, eos non debere habere facultatem extra in loco saltem diutius commorandi, quam ultra tres aut quatuor dies, nisi urgens necessitas monasterium concernens aliud requirat.
22. Iuxta conscientiam D.D. praelatorum dispiciendum, quomodo proventus applicandi in (p. 183) honestum vestitum religiosorum citra labem proprietatis, ita mediante onere computus recipiantur et distribuantur secundum regulam s. Augustini 8 c. 2 non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes, sed sicut cuique opus fuerit.
23. Decretum est etiam communi suffragio, quod non sit concedendum petitum patrum societatis Jesu novam ecclesiam prima occasione aedificantium (b) Coesfeldiae quoad usum ecclesiae parochialis s. Lamberti pleno iure ecclesiae Varlarensi incorporatae. Poteritque D. praepositus salutare Celsissimum et Reverendissimum principem Monasteriensem, deferendo humillima servitia, preces, sacrificia ; simulque remonstrando, quod hoc

(a) Hs : prumptos.
(b) Hs : aedifficantium.

petitum magnae sit considerationis, fortasse vergens in grave ordinis et monasterii Varlarensis praeiudicium.

24. Conclusum in capitulo, quod annuatim aliquod pro divino officio confici debeat directorium, quod per multa exemplaria impressum pro faciliori uniuscuiusque directione serviat vel usu.
25. D. vicarius suadet, ut praedium Besen (p. 184) seu Krumlunger hova pro 400 imperialibus consanguinibus venditum redimatur, eumque in finem aliquis dominorum Capenbergensium, gratia apud D. Gahlen valens, ei demonstret, rationes esse urgentes, quare debeat ab hoc contractu nondum per vicarium corfirmato recedere, praesertim cum habeat in Capenberg filium, eumque pro tempore cellarium, praepositus etiam et quidem alii sint eius consanguinei, bona sint ecclesiastica et pretium non sit congruum.
26. Expensae huius capituli in praelatos caeterosque religiosos cum famulis et equis honeste collocatae sarciendae erunt praeposito seu cellario Capenbergensi. Facta collocatione sive collecta pecuniaria in erectionem altaris intra ecclesiam Capenbergensem, quam restaurat modernus praepositus, applicanda penicillo idoneo pingendo in tabula ss. Norbertum et Godefridum cum (543) circumfusa copia praelatorum ac religiosorum ordinis, cum hac epigraphe : Deo Opt. Max. et Sanctis eius Norberto Archiepo et Godefrido Comiti Capenberg. (p. 185) Confessori ,loci huius fundatoribus, plantatoribus, rigatoribus Capitulum provinciale Westphaliae hic celebratum grati animi causa hic posuit anno 1678.
27. Actum de facultate praelatorum revocandi suos e parochiis, prout abbas Steinfeldensis tempore reformationis Hinsbergensis novissime curavit desumi et Düsseldorpii produci ex archivo suo authenticas copias diplomatum pontificorum et agnitionum Officialis Coloniensis, factarum ad instantiam abbatum olim Steinfeldensis, Knechtstedensis, Hambornensis, Rommerstorffiensis, quibus non obstantibus quidam superior impetravit apud aulam Düsseldorpiensem manutenentum pro aliquo sacerdote, vicario provinciae contra agente apud Illustrissimum Nuntium Coloniensem et Serenissimum Ducem Neoburgicum contra Officialem Coloniensem male inhibentem. Fuit decretum, ut omni vi et conatu propugnetur privilegium apostolicum.
28. Haec omnia et singula, prout superius per sua folia inveniuntur comprehensa, (p. 186) Reverendissimo et Illustrissimo D. Generali Praemonstratensi, totius ordinis supremo capiti, debita cum

obedientia, reverentia et honore repraesentamus et exhibemus, humillime petentes, ut pro suo paterno affectu et sapientia quaeque ad examen et calculum revocare, prudenter discutere atque iudicare, et quatenus seu in quantum hinc inde appensis rationibus expediens ac salubre visum fuit, approbare, confirmare seu etiam melioribus reprobare et, prout secundum Deum invenerit, nobis ad observandum executionique dandum benigne praecipere ac demandare gratiosissime dignetur. Nos etenim in effectu et re ipsa demonstrabimus, aliud in corde et pectoribus non sedere vel geri, quam quod obedientissimos et paratissimos in Christo filios, famulos ac clientes addecet.

In huius nostrae promptitudinis ac resignationis testimonium ac maius robur nominatim subscripsimus ac impresso vicarii generalis, per provinciam Westphalicam visitatoris, sigillo communivimus, secretario pariter nostro subscripere iusso.

Actum in Capenberg die 18. Junii anno 1678.

(p. 187). Sequntur nomina.

fr. Joannes Luckenraht, abbas Steinfeldensis, vicarius generalis.

fr. Michael Reinhartz, abbas Wedinghausanus.

fr. Bernardus Theodor a Westrem, praepositus Capenbergensis.

fr. Joannes Hövel, praepositus Varlarensis.

fr. Jodocus Casparus ab Aldenbruck, praepositus Scheidanus.

fr. Bernardus de Kerckering, praepositus Clarholtanus.

fr. Franciscus Theodorus a Westrem, praepositus resignatus in Capenberg.

fr. Christianus Bigeleiben, praepositus Olinghausanus.

fr. Christophorus Esslingh ,praepositus Rombecensis.

Nomine D. praelati Hambornensis Joannis Wimmari a Breidenbach in vim specialis commissionis subscribo fr. Jacobus Bodenheim.

Speciatim deputatus R.D. abbatis resignati Hambornensis Johannis Alberti ab Heerdt D. praepositus Varlarensis. Ob tremorem articulorum dexterae (a) manus iussit, ut ego subscriberem f. Nicolaus Engel, secretarius.

(p. 188) Nomine D. f. Petri Teveren, professi Knechtstendensis et praepositi in Capell in vim specialis constitutionis subscribo f. Jacobus Groven.

(a) Hs : dextrae.

f. Martin Balthassar a Gougreben, prior Capenbergensis.
f. Nicolaus Engel, prior Wedinghausanus.
Nomine conventus Varlarensis f. Georgius Theodorus a Nagel.
f. Casparus de Stael, prior Schedanus.
f. Joannes Vos, prior Clarholtanus.
f. Joannes Greuter, prior Tremoniensis.
f. Arnuldus Theodorus de Wendt, decanus Wernensis.
f. Theodorus Guntherus a Broick, decanus Ahlensis.
f. Hermannus Fridericus a Chalon condictus Tribbe ,rector in Werde.
f. Augustinus Friderici ,pastor Werlensis.
f. Joannes a Droste, uti pastor in Bosenhagen, et nomine pastoris in Hemmerde Joannis a Plettenberg ad hoc rogatus ego f. Jacobus Bodenheim, pastor Hambornensis.

(L.S.) De mandato D.D. abbatum, praepositorum, praelatorum, priorum, pastorum, aliorum capitularium in fidem subscribo.

f. Nicolaus (a) Nagel, secretarius.

(a) Hs : Nocolaus.

(p. 189) ACTA ET DECRETA CONGREGATIONIS CAPITULARIS CONFLUENTIAE

(544) Quod divina maiestas ad honorem sui nominis bene evenire sinat.

Anno 1678 14. Septembris exaltationis s. crucis sacra die, tum et sequentibus a Reverendissimis et Amplissimis D.D. abbatibus, praepositis, praelatis, reverendis item et doctissimis D.D. prioribus deputatis et pastoribus ad calcem praesentis scripti (a) nominatim expressis apud urbem Confluentiam in aula Rommerstorffiensi ibidemque existente oratorio, debite convocatis et in animorum unione personaliter comparentibus, modo et forma in s. ordine nostro Praem. praescriptis capitulariter decreta quaedam formata fuerunt, prout sequitur.

Sessio 1. Lecto a Reverendissimo et Amplissimo D. vicario generali, abbate Steinfeldensi, sacro, dehinc invocata Spiritus s. gratia per hymnum Veni Creator, habito insuper sermone (p. 190) a benememorato d. vicario, recitata fuerunt et patribus capitularibus simul congregatis exhibita acta seu decreta in congregatione Westphalica concepta, eo fine et intentione, ut quae ibidem salubriter ad maiorem Dei gloriam et ordinis nostri candidi decus et incrementum statuta deprehenduntur (etiam nunc pro dolor ! in partibus Juliae ac circumcirca exustionibus oppidorum, pagorum, villarum, religiosorum nostri ordinis exiliis perdurantibus) congregationi modernae adapata, quatenus eam concernunt, iudicio probentur, recipiantur et in optatum effectum, dum Reverendissimi et Illustrissimi D. Generalis calculus accesserit, ab omnibus redigantur, additis pauculis aliis, quae circariarum Wadegotiensis et Iveldensis necnon et Westphaliae loca coenobiaque contingunt.

(a) Hs : scripsi.

2. Praevie autem omnes ad altare genuflexi obedientiam Reverendissimo et Illustrissimo D. Generali promisere, uti et nos duo infra scripti a capitulo provinciali ad hoc specialiter deputati secretarii et notarii. Porro in definitores sunt assumpti et nominati Amplissimi D.D. praelati, quotquot capitulari coetui praesentes sese stiterunt, penes quos erat, (p. 191) obortas difficultates resolvere et decidere ; casu quo autem paria forent vota, facultatem habebunt alios impari numero asciscendi.

Sessio secunda. 3. Convenientes Amplissimi D.D. praelati caeterique capitulares, resumpta lectione decretorum in Westphalico coetu conclusorum, unanimiter placuerunt iis et recepta sunt quaedam puncta cultum divinum et alias in ordine ceremonias inviolabiliter servandas concernentia, utpote statutis nostris et uniformitati in provinciis retinendae maxime conformia. Ex sessione prima praefati capituli in Westphalia seu Capenbergae celebrati iussus est sessioni huic inseri seu tenorem eius haberi pro verbotenus expresso : Num. 1 Incipiens cultus divinus 2. Quotidie in omnibus 3. Sit nitor et decor 4. Officium canonicum 5. Pulsus campanarum 6. Abrogandus plane.

8. (a) Ex sessione secunda. 20. Obtulit sese capitulum conformare se constitutionibus apostolicis super unione Dunwaldensi (p. 192) et erectione seminarii emanatis. 21. Item in clericali rasura maneant ii, quibus id ad tempus indultum. Nos statutis ordinis conformiter nos geremus. 22. Ad propositionem factam, quod D.D. praelati ...quod decretum specialiter ad moniales extensum cupit praesens... Ex sessione septima. (545) 23. Commendatur communitas vestitus iuxta conscientiam.

9. (24). Capitulum decernit. non tantum monasterium Cappellense, sed etiam alia omni meliori modo esse vindicanda, signanter Lorsch, Rheters, Gerlachsheim, Beselich, Capella Sigenensis, ut infra fusius. Item decretum, quod moniales aliquid conferre et contribuere debeant ad communem alumnatum, attento quod communiter personas qualificatas ad se mitti petant, idque conformiter ad decreta lata anno 1626, publice lecta et recitata in hoc coetu.

10. Prohibitum fuit, ne religiosi nostrarum circariarum deinceps a suis praelatis litteras dimissionales et facultatem quaerendi beneficia saecularia obtineant, ne illos hinc inde per provincias

---

(a) Hs : Es fehlen die Nummern 4, 5, 6 und 7.

cum (p. 193) ordinis nostri dedecore et subinde etiam infamia circumvagari contingat.

11. Praeceptum quoque, ut sic dimissi quantocius ad sua monasteria revocentur. Revocavit insuper capitulum Amplissimis D. D. praelatis in memoriam decretum capituli generalis de anno 1657, quo inhibetur tunc temporis Amplissimo D. Wadegotiensi et omnibus aliis, confirmationem ab episcopo sumere.
12. Visum quoque est patribus capitularibus, decretis hisce inseri oportere decretum ex capitulo provinciali Bohemico, quod sic habet : Cum multi hactenus in variis circariae monasteriis praelatos suos molestare consueverint, ut sublevandae parentum inopiae causa ad parochialia beneficia foras mitterentur, arbitrantes se ad tale sublevamen iuxta quorumdam sententiam (a) in conscientia esse obligatos, hinc resolutum fuit capitulariter, ne deinceps ad sacram ordinem suscipiantur, quorum parentes constiterit magna premi victus inopia (nisi singularis ingenii habilitas, monasterii necessitas aut alia rationabilis causa aliud quidpiam requirat) ne tum filiorum ad parochias (p. 194) aspirantium, tum parentum aliorumque pauperum amicorum media sustentationis emendicantium frequentiori molestatione conventus graventur.
13. Sessio tertia. Perlecto ab Amplissimo D. Rommerstorffiensi sacro et implorato superorum auxilio, legi iussa est commissio D. Norberto Horrichem anno 1626 et 1657 insinuata concernens recuperationem monasteriorum ab ordine pro tempore sequestratorum, ad quam obtinendam Amplissimus D. vicarius, abbas Steinfeldensis, utpote speciali diplomate ab Illustrissimo D. Generali ad hoc instructus, suam operam et industriam libentissime conferre paratus est, quo fine Moguntium iter adornare et Eminentissimum D. Electorem signanter ratione monasteriorum Lorsch et Rheters alloqui constituit, designans secum pro viae comite assumere D. abbatem Sainensem, singularem notitiam cum antefato Eminentissimo arschipiscopo habentem, ut res concepta tanto feliciorem sortiatur effectum. Repetita etiam fuerunt decreta capituli generalis de anno 1657 ratione (p. 195) monasteriorum Beselicensis et Cappellensis, ad quorum recuperationem et ordini de novo incorporationem omnimodam omnes industriam spoponderunt (b), in quem finem expediendae

(a) Hs : A a sentiam.
(b) Hs : sposponderunt.

erunt litterae ad Celsissimos, Nassovium Sigenensem catholicum et Hademariensem item catholicum, principes.

14. Intimatum fuit patribus capitularibus, ut sibi coëmant sermonem enucleatum s. Norberti, compositum a Reverendissimo D. Hieronymo Hirnheim, ss. th. doctore, abbate Pragensi.
15. Exhibitum quoque fuit et recitatum a R.D. priore cœnobii Cellae superioris officium de ss. martyribus Gorcomiensibus cum decreto s. congregationis Cardinalium, iussumque est servari 9. Julii per modum festi (a) duplicis minoris, mutentur tamen nonnulla mutanda.
16. Quoad Ilbenstadiensium petitum, concernens octavam Petri et Pauli, utpote ecclesiae Ilbenstadiensis patronorum, uti et festi visitationis B. virginis, s. Augustini et dedicationis, eodem ferme tempore incidentium, Steinfeldiam ad D. priorem remissum est.
17. (p. 196) 546. Cum peteretur, determinari quotam seu salarium requisitum ad sustentationem prioris monialium, et an non sit iustum, ut matrix ecclesia, ex qua assumitur prior, ipso decedente accipiat ea, quae ratione salarii acquisivit ? Quoad primam partem quaesiti referunt se D.D. praelati definitores ad decreta capituli provincialis de anno 1665, ubi decernitur, salavium pro priore sine socio habitante, non infra 20 pattaconos taxandum esse ; ad posteriorem partem decisum est, si post mortem aliquid residui habeat in vestibus aut nummis, id debere restitui monasterio, unde assumptus est. Priores monialium ad conventum suum venientes gaudent loco iuxta professionis suae tempus. Quoad materiam ad vitium proprietatis incurrendum sufficientem remittitur quisque ad alias proposita necdum decisa et forte nunquam decidenda. In statutis unus florenus constituit duo capitella.
18. Ad interrogationem, utrum res omnino absque scrupulo sit, quod pastores ab uno episcopo approbati possint excipere (p. 197) quorumque fidelium confessiones ? similiter a casibus reservatis absolvere, eo quod ordo noster communicet cum mendicantium privilegiis ? Responsum est, religiosos melius facturos, si sententias tutiores amplexentur. De cetero fit remissio ad theologiam scholasticam vel moralis doctores.
19. Sessio quart. Resumpta lectione pomeridiana (b) D. vicarius

(a) Hs : festum.
(b) Hs : promeridniana.

generalis et totum capitulum Amplissimos D.D. praelatos, abbatem Cellensem et praepositum inferioris Cellae requirunt, quatenus Reverendissimum et Celsissimum principem Herbipolensem Petrum Philippum a Dernbach accedant, ipsius clementissimum favorem et gratiam praevia humillima et demisissima obsequiorum et sacrificiorum oblatione in causa monasterii Gerlasheimensi exposcant, in vim capitulorum generalium et provincialium et vigore mandatorum Caesareorum Ferdinandi imperatoris semper augusti, ut promissioni ordini toties gratiosissime factae de restituendo praetacto monasterio clementissime stare velit, et (a) ultimatum responsum benignissime exhibere, cuius deinde D. vicarium certiorem (p. 198) reddant, ut Illustrissimo D. Generali desuper informationem transmittere liceat.

20. Jussi sunt deinde provisores et cellarii Ilbenstadienses Amplissimo D. praelato suo humiliter exponere, quod ad insinuationem circa difficultates monasterii inferioris Ilbenstadii moniales concernentes Amplissimus D. vicarius et capitulum totum monent eundem (b) praefatum D. abbatem, ut paternum affectum suum alias debitum eidem monialium coenobio gratiose impendere velit, quoadusque D. vicarius generalis intra octiduum Moguntiae praesens futurus Ilbenstadio evocet Amplissimum D. abbatem localem, cum ipso oretenus collaturus (prout se promptum (c) ad hoc ex aliis causis obtulit) ut omnes difficultates cum satisfactione utriusque partis pacifice componantur (d) et ei (?) resopiantur, attento quod praesentibus religiosis deputatis super mandato commissionis hujus nihil constet.

21. Lectae sunt impudentes, effrontes (e) et contumeliosae literae cuiusdam monasterii pastoris foris commorantis contra Amplissimum D. vicarium generalem, quae capitulo provinciae (p. 199) usque adeo displicuerunt, ut non sine maxima indignatione easdem praelegi audiverit, supplicans Reverendissimo et Illustrissimo D. Generali quatenus dicto infrunito religioso strictissimi silentii capistrum iniicere gratiose dignetur, cum reservatione poenarum similibus detractionibus in statutis praefixarum.

22. Proposuit Amplissimus D. vicarius, decretum esse a capitulo

---

(a) Hs : ut.
(b) Hs : maneat eundum.
(c) Hs : prumptum.
(d) Hs : componatur.
(e) Hs : effruntes.

generali de anno 1660, monasterium Steinfeldense habere iustam causam exigendi refusionem sumptuum et expensarum (1252 pattaconnos) pro recuperatione monasteriorum Capenbergensis et Varlarensis factarum, quam refusionem moderna congregatio conformiter capitulo generali aequitati consonam esse censuit adeoque praetacta monasteria ad restitutionem obligata esse conclusit.

23. (547) Sessio quinta. Visum fuit pro maiori disciplinae regularis conservatione, quod ff. religiosi post nonam seu gratiarum actionem recipiant se ad aliquam moram pro aliquali recollectione ad sua cubicula (p. 200) postea ad colloquium competens descensuri.
24. Quia iuniores sacerdotes ad aliqualem licentiam, postquam ab inspectione magistri iuniorum exempti sunt, possent inclinari, censuit capitulum, illos adhuc aliquamdiu iuxta arbitrium maiorum de domo exercitationibus apud iuniores consuetis subdi debere, colloquia tamen cum ff. iunioribus interdicta sint et maneant.
25. Propositum etiam est, quid sentiendum sit de stat. dist. 3 c. 4 n. 5 inhibentibus sub poena gravioris culpae sex dierum lusum chartarum et alearum, utrum saltem non liceat pro recreatione honesta modicum quid pecuniae deponere. Simulque quaesitum fuit, utrum sententia cuiusdam theologi lecti (?) sustinentis, quod ubi statuta poenam sex dierum graviori culpae infligendam decernunt, illis si quis contraveniat, peccatum mortale incurrat ? Reverendissimo et Illustrissimo D. Generali in theologia fundata videatur. Exspectatur iudicium interim, lusu illo stricte inhibito.
26. Moniti etiam sunt Amplisimi D.D. praelati, signanter Arnsteinensis et Rommertorffiensis (p. 201) quod religiosos suos (ubi tempora meliora affulserint) ad seminarium Coloniense aut alio ad studia mittere debeant, ut sacris studiis exculti curam animarum et alias functiones tanto melius obire valeant.
27. Renovatur etiam decretum capituli provincialis anno 1665, quo sancitur, semel ad minus in septimana debere religiosos superiores lautius suos (a) subditos in cibo et potu (b) habere, sub conditionibus tamen ibidem praescriptis.
28. Requisiti etiam sunt Amplisimi D.D. praelati sicut et alii rectores monialium, ut aliqualem discretionem et moderamen ser-

(a) Hs : duos.
(b) Hs : putu.

vent circa exceptiones hospitum ad monasteria adventantium, ne passim largius et crebrius illos excipiant quam facultates monasteriorum ferant.

29. Iniecta mentione de statu et aedificiis monasterii Romersdorffiensis respondit D. praelatus dicti loci, se desuper consuluisse architectum expertissimum archiepiscopi Trevirensis, cuius iudicio decisum est, non posse sine maximo detrimento propositum alias aedificium exstrui ,ceteroqui etiam se desuper Amplissimo D. Floreffiensi scripsisse (p. 202) et responsum accepisse, et quae mutari potuerunt, iam immutata esse. Lectus fuit conceptus ex litterarum parte capituli in Hadamar et Nassaw Sigenensem mittendarum, quibus terse et nitide descriptis Amplissimi D.D. praelati sua nomina subscribent.

30. Sessio sexta. Deliberatum fuit, an non expediat, crastina die, quando equidem officii et respectus dumtaxat causa salutandus est Eminentissimus Elector Trevirensis, scripto et voce simul requiri Celsissimum principem Hademarensem praesentem in aula ? Consultum etiam iudicatum fuit, hac eadem die accedere D. doctorem Soller, Eminentissimi principis vicecancellarium, ut ipse pro sua dexteritate suggerat, quid in hac parte agendum sit. Interim sua nomina subsignarunt binis praesentatis supplicis D.D. praelati, retenta penes prothocollum copia.

31. Sessio septima. Praecedentia omnia decreta publice fuerunt lecta in praesentia omnium D.D. capitularium et maturo iudicio discussa iuxta status ordinem. (p. 203). Pro robore et confirmatione eorundem consensus et calculus Reverendissimi D. Generalis humiliter requiritur, ut ipsi omnia suo iudicio examinare, trutinare et discutere placeat, prout in Domino expedire bene visum fuerit ,aut, si necesse fuerit ,nos instar filiorum obedientissimorum libentissime, promptissime et humillime susciperemus. In cuius voluntatis et promptitudinis fidelissimum testimonium Reverendissimus et Amplissimus D. vicarius generalis suum nomen cum sigilli appressione apposuit, et omnes patres conscripti praesentes sese subscripserunt anno 1678 17. Sept. Confluentiae in oratorio s. Nicolai et Nazarii martyrum. Sequntur nomina :

548. f. Joannes Luckenraht, abbas Steinfeldensis, vicarius generalis.

f. Antonius Sclinckmann, abbas Arensteinensis.

f. Carolus Wirtz, abbas Romersdorffiensis.

f. Adolphus Gülich, abbas Sainensis.

f. Godefridus Hammerich, s. th. L., praepositus inferioris Cellae.
f. Norbertus Heiner, prior Cellae superioris, simulque nomine Reverendissimi D. Godefredi abbatis mei.
f. Petrus Aldenhoffen, supprior Arensteinensis.
f. Georgius Apfel, provisor Ilbenstadiensis, ut deputatus (p. 204) ac commissarius D. praelati mei Leonardi simulque nomine conventus.
f. Joannes Petrus Weinar, viceprior Anglicae Portae.
f. Casparus Ludwigh, prior monialium in Rode.
f. Carolus Wirtz, loco f. Ludovici Mentges, prioris in Aldenburg, subscripsi.
f. Arnuldus Sago, prior Sainensis ,nomine suo et procuratorio ff. pastorum Neworth et Bendorff.
f. Laurentius Hezer, Cellae superioris canonicus, pastor Regis Curianus, s. th. L., deputatus nomine pastorum aliorum ex conventu Cellensi.
f. Wilhelmus Priester, cellarius Arensteinensis, nomine ff. pastorum Arensteinii professorum.
f. Andreas Brandt, cellarius Ilbenstadiensis ,pro se et pastoribus ex Ilbenstadt.
f. Reinerus Curtius, pastor ad s. Sebastianum, pro se et aliis pastoribus in Heimbach, Gelich et Kettich, Rommerstorffii professis.

(L. S.) De mandato Reverendissimi et Amplissimi D. mei D. abbatis Steinfeldensis, vicarii generalis, totiusque capituli.

f. Arnoldus Sago,
secretarius.

(p.205) DECRETA CAPITULI COLONIENSIS.

549. Am maiorem Dei Opt. Max. gloriam, Virginis quoque Matris Mariae ac ss. Confessorum Pontificum Augustini, Norberti aliorumque Beatorum Praem. ordinis honorem eiusdemque ordinis bonum et incrementum.

Anno 1680.

1. De mandato Reverendissimi et Illustrissimi Domini D. Michaelis Colbert, abbatis Praem. et totius ordinis generalis, Reverendissimus et Amplissimus D. Joannes Luckenraht, s. th. L., abbas Steinfeldensis et benememorati D. Generalis, per Westphaliam, Jveldiam et Wadegotiam vicarius generalis, gravibus de causis et quia cis-Rheni ac inferioris tractus ob nimiam depopulationem ferro ignique illatam nec momento a domiciliis suis abesse poterant, anno 1678 mense Junio Capenbergam in Westphalia, mense vero Septembri Confluentiam utriusque illius districtus abbates, praepositos, priores, pastores aliosque religiosos ordinis Praem. convocavit, in quo utroque conventu cum diversa ac salutaria decreta (p. 205) edita quidem fuerint, sed Illustrissimus D. Generalis ea approbare et confirmare non prius voluerit, quam cis-Rhenanorum accedente calculo, hinc Reverendissimus et Amplissimus D. vicarius generalis, pace universali, ut speratur, iam omnibus provincialibus reddita, non solum cis-Rhenanos sed et Westphaliae, Jveldiae et Wadegotiae abbates, praepositos, priores, pastores aliosque, quibus id de iure competit, ad diem 30. Aprilis currentis anni Coloniam Agrippinam pro celebrando capitulo provinciali iuxta tenorem usitatum citavit.
2. Sessio prima. Hac ipsa itaque die 30. Aprilis anni 1680 patres candidi et canonici Praem. ordinis, in sacello s. (a) Norberti

(a) Hs: d.

in spiritu s. congregati ,eiusdem spiritus s. gratia iuxta morem S.R.E. implorata, digressi ad sacristiam elegerunt in secretarium praesentis provincialis capituli f. Godefridum Bleyman, professum Steinfeldensem, ecclesiae Wadegotiensis lectorem, in notarium vero f. Norbertum Becker, ecclesiae Arnbergensis priorem. Praestitum deinde fuit ab omnibus (p. 207) qui id hactenus non fecerant, iuramentum capitulare, uti et a secretario et notario sub formis alias consuetis.

3. Designati etiam definitores admodum R.R. D.D. Knechtstedensis, Wadegotiensis et Sainensis, habita quoque ratio absentium eorumque constitutiones et litterae perlectae sunt. Sessio secunda. Quia D. magistra in Rode una cum conventu suo miratur, quod D. vicarius in indictionibus capituli praesentis monasterio Rode 2) praeposuerit monasterium Angelicae Portae, rogat, ne id continuetur in praeiudicium sui monasterii. D. vicarius et capitulum respondent ,se in citationibus non advertere ad ius praecedentiae neque per eas velle iuri alicuius derogare, sed illud cuivis loco relinquere inconcussum.
4. Admodum R. et Amplissimus D. praepositus Capenbergensis exponit, quod Capenberga in omnibus capitulis, tam generalibus quam provincialibus, hactenus praetenderit praecedentiam eaque praetensio infirmetur per decretum capituli generalis, quo statuitur, quod abbates debeant praecedere (p. 208) praepositos; petit itaque, sibi aliisque locum praecedentiae relinqui, quem ante illud decretum habuerunt, si aliquando praepositi fiant abbates.
5. Totum capitulum optat animitus, ut fiant abbates locumque suum obtineant. Adm. R. et Amplissimus D. praepositus in Clarholt et D. Schedensis exponunt, in congregatione Capenbergensi ortam etiam esse aliquam controversiam inter ipsos ratione praecedentiae, rem vero inter eos in charitate ita compositam esse ,quod D. Clarholtanus praecedere debeat D. Schedensem, donec D. Schedensis probaverit, litteras fundationis Schedanae antiquiores esse Clarholtanis, quae in copia exhibitae datae sunt sub manu s. Norberti archiepiscopi Magdeburgensi anno 1134.
6. Capitulum hanc charitativam compositionem habet ratissimam et commendat. Lectis in prima sessione decretis in Capenbergensi et Confluentiae congregatione anno 1678 formatis, unani-

(2) Stift Marienrod.

miter concluditur, quod omnia in illis quoad cultum divinum, missas dicendas, nitorem et decorem ecclesiae, ritum et tempus (p. 209) officium persolvendi, pulsum, habitum regularem, computus reditionem aliaque ad Dei et sanctorum cultum, disciplinam et bonum ordinis constituta exactissime observari debeant, non aliter, quam si hic de verbo ad verbum expressa essent.

7. Adm. R. et Amplisimus D. (a) Knechtstedensis pro sua parte ostendit testimonio D. vicarii, quoad omnia contra suum praedecessorem prioribus congregationibus proposita, signanter quoad restitutionem archivii Schedensis, esse satisfactum. Adm. R. D. praepositus Schedensis acceptat extradictionem, reservans sibi ius suum, si quae ex eodem archivo sublata vel deperdita reperiantur, facta eiusdem inspectione.
8. Dehinc perlectae fuere litterae Reverendissimi et Illustrissimi D. Generalis de 26. Octob. anni 1678, in quibus testatur, se accepisse decreta capitulorum Capenbergae et Confluentiae celebratorum, item et alia eiusdem bene memorati D. Generalis epistula, qua ratum habet reformationem Hinsbergensem.
9. (p. 210) Monente adm. R.D. Knechtstedensi, capitulum tractabit primo generalia quoad disciplinam aliaque ad decorem et uniformitatem ordinis conducentia (b), atque interim (c) pro particularibus causis aliqui de praelatis deputabuntur, ut se informent et capitulo desuper referant.
10. Productae etiam fuerunt litterae domini Contzen, scribae provincialis in Hinsberga, una cum computu et contractu inito inter defunctum D. abbatem Knechstedensem et conventum ex una et virgines Hinsbergensis monasterii ex altera parte, in quibus praetendit a monasterio Knechtstedensi sumptus impensos in visitatione Hinsbergae per Ordinarium Coloniensem et commissionibus Serenissimi ducis Juliacensis. Adm. R. D. Knechtstedensis dicit, sibi nec de debito nec de eius aequitate constare neque unquam a praetenso creditore desuper se fuisse interpellatum, proinde mirari se, quod iudicialiter conveniatur, non monitus de praestanda solutione, adeoque exspectat debiti iustificationem, paratus omni tempore, se subdere iuri, porro in capitulo provinciali deducere calculos, producere computus rem esse (p. 211) inusitatam et inconvenientem.

(a) Hs : Der Buchstabe D fehlt.
(b) Hs : conduentia.
(c) Hs : intrim.

11. Sessio secunda. Adm. R.D. Knechtstedensis offert in scriptis sub manu sua ulteriorem responsionem ad petitionem D. Contzen (551). Adm. R. D. praepositus s. Gerlaci refert capitulo, quod Ordinarius loci eiusque decanus ruralis praetendant (a) ex quasi-consuetudine, examinare virgines sui monasterii ante vestitionem et professionem, an aliqua ratione inductae vel quavis via coactae fuerint ad ingressum religionis aut professionem ; quia vero credit, hanc consuetudinem esse absolute contra privilegia ordinis, quaerit, an deinceps Ordinarium vel decanum admittere vel non admittere debeat. Similiter quod resignans praepositus Cleophas cum priorissa moderna et supprioriissa s. Gerlaci permutaverit praedium aliquod cum quadam parte silvae, quia vero monasterium ex silva nullam, ex praedio vero notabilem habet utilitatem, et haec permutatio sine superiorum scitu ac consensu facta, monasterio s. Gerlaci damnosa est, petit eam rescindi. Item quia ecclesia eadem plurimis anniversariis est gravata, de quorum obligatione vel fundatione non constat, et interim eadem ecclesia ob alia beneficia incorporata singulis (p. 212) hebdomadis ad septem missas obligatur, quaerit, quid hoc casu faciendum sit ?
12. Capitulum respondet ad primum, se cum omni humilitate et affectu obedientiae recognoscere s. sedem apostolicam, existimare tamen cum pluribus aliis religiosis ordinibus ac viris doctis, canones ac bullas pontificum materiam praefatam concernentes, vel ex toto receptos vel in Germania non tenere ob gravissimas inde orituras difficultates, ac finem legis, qui est libertati concientiarum et votorum consulere, par examen superiorum ordinis nostri, qui Ordinarii nomine censentur intellegi, satisfieri, maxime cum hoc examen sumptibus episcoporum iuxta. Conc Trid. decreta fieri debeat, ideoque D. praepositum omnesque alios monialium praefectos quoscumque dioecesanos examen praetendentes admittere non debere.
13. Ad secundum declarat capitulum, contractum hunc permutationis tam ex iure quam statutis ordinis nullum omnino esse, donec de superiorum consensu factus probetur.
14. Ad tertium respondet capitulum, se inhaerere decreto capituli provincialis de anno 1659, cuius copia petentibus dabitur.
15. Quaesitum etiam fuit, quis numerus religiosorum in quolibet monasterio esse debeat. Responsum, quod tot in quolibet loco

(a) Hs : praetendat.

suscipi debeant, (p. 213) quot iuxta iudicium Reverendissini D. vicarii aut visitatoris ali possunt, conformiter ad decreta Conc. Trid. ss. 25 c. 3 de reg. et statuta dist. 1 c. 15 n. 9.

16. Insinuat (a) etiam adm. Reverendus D. Wedinghausanus per litteras et D. priorem hic praesentem, se constitutionem (b) inibi edidisse, quod deinceps nullum in novitium admittere velit, nisi fuerit absolutus philosophus aut degustaverit aliquid de theologia.

17. Capitulum ratam habet hanc constitutionem mandatque omnibus generatim, ut semper qualificatiores et habiliores admittant, quamvis non sint absoluti philosophi vel theologi.

18. Propositum quoque fuit, aliquos pastores se nimium rebus saecularibus et communitatum suarum implicare, dedicationes, nuptias et alia convivia frequentare et extra terminos huc illucque cursitare. Capitulum inculcat et observari mandat decreta s. Conc. Trid. et statuta dist. 2 c. 23, recipit proinde decreta lata sess. 5 in capitulo provinciae Bohemicae anno 1677 celebrato et ab Illustrissimo D. Generali approbato, quorum hic est tenor :

(p. 214) 19. (552) Cum gravia quaedam scandala non sine religionis nostrae infamia per indecentem et probrosam conversationem religiosorum quorundam ex aliis circariis adventantium contigisse noscantur, statutum fuit, ne similibus facile adhibeatur fides, nisi testimonialibus certis comprobent, se cum suorum licentia superiorum expressis de causis in circariam venisse. Constitutum etiam fuit, ut licentia in tales errones et vagabundos, sive de nostra sive de quacumque fuerint circaria, inquirendi et competenter etiam per carcerem animadvertendi, facultas, quae determinatis solummodo praelatis per modum obedientiae a capitulis provincialibus hucusque committebatur, omnibus deinceps auctoritate capituli maneat commissa.

20. Insistit insuper capitulum statutis et decretis capitulorum generalium et illi sanctioni circariae Bohemicae. Prohibitum fuit, ne nostri religiosi deinceps a suis praelatis obtineant litteras dimissoriales ad quaerenda sibi beneficia, neque hinc inde per provincias cum ordinis candidissimi dedecore circumvagari permittantur ; iussum quoque fuit, ut sic dimissi quantocius ad sua monasteria revocentur. Ideoque declarat, quod religiosi, qui

(a) Hs : Insinuant.
(b) Hs : consttucionem.

superiores suos continuo fatigant pro aliquibus obedientiis vel licentia providendi (p. 215) sibi de beneficio obtento vel occasione alendi suos parentes, poenam subsistendi semper in monasterio subire debeant.

21. Mandat insuper, severe observari clausuram monialium, ne saecularibus pateat aditus ad loca, quae frequentant moniales, et vice versa ac proinde. Praecipitur f. priori Füssenicensi, ut iuxta determinationem et ocularem inspectionem a vicario generali et abbate Wadegotiensi ante octiduum factam locutorium praeparari et clatros (a) apponi curet, non obstantibus quibuscumque excusationibus aut remoris.
22. Ulterius praepositi et priores sicut et magistrae, priorissae aliique una cum monialibus caveant ne verbo vel litteris instigent sollicitantiis (b) parentes, amicos, consanguineos, ut intercedant apud vicarium, visitatorem provinciae vel superiores pro licentia ad exeundum vel commorandum extra monasterium aliquot mensibus seu septimanis, idque ex considerationibus non parvis et incommodis spiritualibus damnisque animarum emergentibus.
23. Astineant similiter omnes ordinis canonici ac sorores a missitationibus (?) litterarum inutilium ad vicarium aut (c) visitatorem, qui pro (p. 216) litteris futilibus saepius plurimum pecuniae exponere coguntur.
24. Promittant (d) praeterea omnes canonici et sorores ante professionem, quod nullos ad vestitionem, professionem vel primitias amicos invitare vel etiam earum diem ipsis intimare velint, nisi de expresso scitu et consensu superiorum suorum.
25. Ad questionem, quomodo festa Beatorum ordinis servari debeant, responsum fuit, si serventur, servari debere sub ritu duplicis.
26. Sessio quarta. R. admodum ac Amplissimus D. Wadegotiensis exponit in oratione praeliminari, Reverendissimi D. vicarii ac priorum (e) congregationum anno 1678 celebratarum actis ac decretis factam quidem esse mentionem promovendorum studiorum, sed nihil certi statutum fuisse, quomodo tam utile ac ordini nostro omnino necessarium propositum tandem ad effec-

(a) Hs : clathros .
(b) Hs : solicitentiis.
(c) Hs : Das Wort aut fehlt.
(d) Hs : Promitta.
(e) Hs : piorum.

tum deduci possit. Rogat proinde D. vicarium et capitulum, ut huius puncti ante omnia rationem habeant, cum non unam sed omnes ordinis ecclesias concernat. Capitulum praemissis nonnullis, quae facilius expediri possunt, propositionem D. Wadegotiensis expendit.

27. (553) Propositum ergo fuit a Reverendissimo D. vicario, (p.217) quod f. Wilhelmus Bronckhorst, monasterii Hambornensis professus et aliquando cellarius, postea vagus et malae vitae accusatus convictusque, hausto a Reverendissimo D. Generali consilio, Steinfeldiae debuerit poenitentiam agere, sed ob militarem et subitaneam invasionem Gallorum continuatumque praesidium ante completam poenitentiam necessario remissus fuit ad monasterium suum eoque denuo relicto vagetur in partibus acatholicis. Capitulum mandat abbati Hambornensi, ut fratrem Bronkhorst (a) continuo revocet et contumacem quavis via meliori comprehendat ac ad monasterium Valarense mittat et cum D. praeposito de vitalitio conveniat. Durante sessione producta fuit commissio data a praeposito resignato in Capenberg et decano sive curato in Werne in personam f. Hermanni, allata etiam epistola excusatoria prioris Füssenicensis. Capitulum nullam harum excusationem recipit neque constitutionem, etiam si constitutus (b) comparuisset.

28. Quaeritur ex parte plurium capitularium, quis numerus requiratur, ut duo vel tres vel quatuor de una cognatione in eodem monasterio (p. 218) admitti possint, in locis, ubi non est copia instantium et cognatio saepius est occasio vocationis. Capitulum decidit, standum esse decretis capitulorum generalium ; proponitur, an non possint admitti aliqui in donatos sub conditionibus in statutis expressis, hoc solum addito, quod concedatur habitus iis griseus (c) iuxta formam ordinis ? Capitulum respondit, standum esse statutis.

29. Exponitur hinc inde a capitularibus, quod orales propositiones multum temporis consumant sumptusque causent non exiguos ; ideoque petitur, ut secretario hora ante conventionem quilibet ea, quae habet proponenda, in scriptis ad prothocollum exhibeat, ut desuper absentibus illis, quorum interest, decreta faci-

---

(a) Hs : Brockhorst.
(b) Hs : etiam constitutus.
(c) Hs :gruseus.

lius iuxta praxin iuris formari possint. Concludit capitulum, ita deinceps fieri debere.

30. Reproductum etiam fuit mandatum Reverendissimi D. Generalis super solutione talliarum ex parte D. vicarii. Capitulum cum omni filialis observantiae et reverentiae affectu audivit mandatum, rogat tamen humillime et enixe Reverendissimum D. Generalem, quatenus dignetur adhuc aliquanto tempore inducias dare, donec (p. 219) monasteria provinciae bellorum vi nimium attrita nonnihil respirent.

34. (a) Sessio quinta. R.f. praeses seminarii Praem. Coloniensis exponit toti capitulo, quod Illustrissimus D. Nuntius praevia salutatione petat, ad se mitti duos praelatos intelligentes ad audiendam propositionem suam.

35. Capitulum adm. R.R. D.D. (b) Knechtstedensem et Wadegotiensem deputavit. R. f. Norbertus Bicker, prior Wedinghausanus, nomine praelati et conventus sui petit, executioni mandari sententiam D. vicarii contra monasterium Varlarense pro Wedinghausen latam, ratione P. Rham pastoris quondam in Coesfeldt. Capitulum trahens in considerationem recentem electionem D. praepositi Varlarensis moderni pro solutione semel adiudicata inducias in congregatione Westphalica concessas anno 1768 prorogat ad spatium sex hebdomadarum, quibus evolutis incessanter solutionem praestabit, nisi quid relevans pro executione produxerit.

36. Reversi D.D. deputati abbates ab Illustrissimo Nuntio referunt, quod Illustrissimus Nuntius (p. 220) exhibuerit litteras apostolicas de promovendo studio et instaurando seminario pro tota provincia, cui D.D. deputati responderunt, totum capitulum iam in illo negotio occupari (554) adhibiturumque omnem diligentiam, ut s. sedis apostolicae et Illustrissimi D. Nuntii satisfieri possit desiderio, quae responsio summe placuit.

37. Sessio sexta. R.D. Wadegotiensis et alii praelati petunt fieri consultationem, quomodo studia promoveri possint et cum iis disciplina regularis. Reverendissimus D. vicarius et capitulum, benevolo affectu prosequentes hunc flagrantissimum zelum disciplinae regularis in D. Wadegotiensi, eiusdem votis subscribunt declarantque, Rev. sacerdotum e Steinfeldensi ecclesia Wade-

---

(a) Hs : Es fehlen die Nummern 31, 32, 33.
(b) Hs : Die Buchstaben D.D. fehlen.

gotiensi submittendum, in eiusque locum parentum (a) sumptibus alium ex Wadegotia Steinfeldiam mittendum esse, qui ibidem officium suum cum aliis faciat.

38. Pro continuanda consultatione super promotione studiorum et restauratione seminarii petit capitulum legi bullas pontificias, in quibus praemissa lectione repertum fuit, quod medietas redituum fratribus Steinfeldensibus studentibus in seminario, altera (b) vero alendo oeconomo (p. 221) sive priori et pastori in Dunwaldt et debitorum exsolutioni ac aliorum monasteriorum religiosis in seminario iuxta volutatem et dispositionem D. abbatis Steinfeldensis applicari debeat. Interim allatae sunt litterae Illustrissimi D. Nuntii apostolici, in quibus copia litterarum ab Eminentissimo Cardinali Cybo datarum ad D. Nuntium inclusa erat, quarum (c) tenor inferius subiungetur.
39. Lectum deinde fuit decretum capituli generalis de anno 1670, cuius tenor hic est : Datur commissio et potestas D. vicario, ut cum aliquot praelatis vicinioribus consilio communicato pro certa summa paciscatur nomine ordinis pro monasterio Vlarsheimensi applicanda et impendenda in proventus seminarii Coloniensis, salvo iure cuiuscumque.
40. R. D. Knechtstedensis declarat (d) solutum esse summam aliquam tum pro honorario tum etiam pro expensis.
41. Capitulum credidit vi bullarum pontificarum et capituli generadebere unam medietatem proventuum Dunwaldensium applicari priori, pastori et religiosis aliorum monasteriorum de provincia et a se quod (p. 222) reliquum esse superaddendum ideoque certum numerum(e)seminaristarum esse statuendum. R. R. fratres administratores seminarii et bonorum Dunwaldensium resolvunt, quod consideratis considerandis pro nunc alia determinatio fieri nequeat, quam ad modum sequentem : Nempe ex quo nemo religiosorum annue infra quotam 80 vel ad minimum 70 imperialium dalerorum in seminario congrue sustentari potest, prout experientia et praxis ordinaria in urbe Coloniensi demonstrant, ipsi administratores praefati parati sint tentare, an non in vim ordinationis apostolicae et ordinis tale in reditibus Dun-

(a) Hs : locum ad parentum.
(b) Hs : altero.
(c) Hs : quorum.
(d) Hs : Das Wort declarat fehlt.
(e) Hs : nummerum.

waldensibus D. D. praelatis provinciae emolumentum adscribi queat, ut quilibet religiosorum ad seminarium mittendorum pro suo annuo vitalicio non amplius quam 50 imperiales pendere teneatur, sicque ad minus ratione cuiuslibet religiosi accrescat fructus sat notabilis triginta aut viginti imperialium ac per hoc cesset omnis quaestio circa determinatum numerum alendorum seminaristarum, cum hoc addito, quod si qui praelati, praepositi aut priores, in sublevamen seminarii aliquid (p. 223) contribuerint, id fratribus studiosis aequaliter applicandum veniat.

42. (555). Interim exponit D. praepositus Hinsbergensis, quod cum quatuor filias nobiles admiserit in brevi vestiendas, si parum in cantu et (a) aliis exercitiis versatae fuerint, temporis vero statu spectato remittere cogatur tres religiosas Ellenses et unam Langwadensem ad suum monasterium, Marensem vero adhuc retinere velit et debeat pro novitiarum istarum instructrice, petens suam declarationem ratam haberi. Quoad Ellenses et Langwadensem nihil in contrarium propositum fuit. R. frater prior Marensis quoad virginem van der Mullen opponit illam indigna Hinsbergae (b) pati et suo monasterio Marensi non solum utilem, sed etiam necessariam esse, ideoque rogat eam dimitti. Capitulum deliberabit, quid faciendum.

43. Sessio septima. Admodum R. D. Hinsbergensis petiit, discursum admodum R. D. abbatis Knechtstedensis heri inter consultandum super restauratione seminarii in hesterna sexta sessione prothocollo inseri ac toto capitulo praelegi. Consentit capitulum. In sessione igitur sexta exposuit et dixit dominus Knechtstedensis, non praetendere (224) ius aliud in Hinsberg, quam quale pater abbas in monasterium filiale praetendit, quod ius paternitatis se quidem non habere contestatus fuit ; a Reverendissimo D. Generali tamen et ecclesia Praemonstratensi dari sibi et concedi posse credit, ideoque si nulli ex suis religiosis ad pastoratus Hinsbergenses aliosque vocentur, se neque novitios admittere neque seminario alumnos subministrare posse declarat, cum ecclesiae Knechtstedensi (c) praeter extranea pauciora annexa sint beneficia. Acceptavit hanc declarationem D. praepositus contestando totum capitulum, replicavitque D. Knechtstedensis, se D. praeposito eandem in scriptis sub manu

(a) Hs : cantualiis.
(b) Hs : Hinsberga.
(c) Hs : Knechtstedensis.

sua daturum... *Am Rande :* N. b. Hoc si non subdole, saltem erronnee a secretario esse protocollo insertum, evincit solemnis protestatio ab eodem P. Teveren facta et praelato Steinfeldensi insinuata eodem anno, quae reperitur in archivio nostro.

44. Praelectus fuit hic tenor capitulo et pro vero declaratus... Venerabilis frater prior Arnsteinensis nomine D. abbatis et conventus producit propositionem in scriptis, in qua 1) petit consensum D. vicarii et capituli in permutationem bonorum aliquorum, quae cum exiguo fructu Arenstein habet in Palatinatu, cum aliis vicinioribus, ex quibus notabilem percipient utilitatem 2) an laborans hernia, quae testimonio medicorum non impedit, quo (p. 225) minus onera conventualia religiosus facere potest, possit admitti ad vestitionem et professionem, maxime si alias sit persona qualificata et instantium raritas 3) pro disciplinae et studiorum profectu a D. vicario sacerdotem aliquem ex monasterio Steinfeldensi petit. Responsum fuit ad 1) inspectionem bonorum permutandorum ac informationem super iisdém debere committi D. Romerstorffiensi vel alii eumque pro renata, si parva sit differentia quoad annuos (a) proventus, contractum permutationis inire posse, nullatenus vero permittendum, quod illa bona in Palatinatu erga poretam (?) pecuniam vendantur.

45. Ad 2) refert se capitulum ad decisionem capituli generalis 1670 sessio 3, cuius copia concedetur petentibus. Ad 3) respondet D. vicarius, quod si inveniat personam aptam functioni Arensteinensi, eam submittere velit, communicato cum suis conventualibus superioribus consilio. R. D. Romerstorffiensis praesentat declarationem suam super restauratione seminarii in scriptis.

(p. 226) 46. R. D. praepositus Capenbergensis in contestationem sui erga s. sedem apostolicam et Illustrissimum D. Nuntium apostolicum affectus et obedientiae declarat, quod religiosos suos, qui iuxta ultimae congregationis Capenbergensis decreta Monasterium Westphaliae mittendi erant ad studia, concurrentibus D. D. praepositis Varlarensi, Clarholtano et Schedensi, deinceps Coloniam mittere velit et ex proventibus Capenbergensibus alere, cui declarationi praesentes D. D. Clarholtanus et Schedensis subscribunt (556).

47. Sessio octava. Adm. R. D. Hinsbergensis suam in sessione sexta factam propositionem repetit. Concluditur, quod tres virgines

(a) Hs : annos.

Ellenses et una Langwadensis remitti possint ad propria monasteria, Marensis vero van der Mullen in Hinsberg adhuc aliquo temporis spatio manere debeat, donec admissae novitiae in cantu aliisque quodammodo exercitatae sint, atque interim(a) bene haberi.

48. Idem. D. praepositus producit etiam statum praetensionis a R. D. abbate Hillesheimensi notae unaque adiunctos binos libellos (p. 227) supplices in consilio Brabantiae eapropter exhibitos, cum decretis desuper latis, cumque illorum vigore in monasterii Hinsbergensis (b) decimas in Jabeck territorii Falkoburgensis manus iniectae sint in magnum monasterii Hinsbergensis (c) praeiudicium, adhuc maius futurum, si D. abbas Hillesheimensis, uti minatur, ad decimarum illarum dispendiosam taxationem et venditionem procedat ; praetensionem autem antedictam D. abbati et conventui Knechtstedensi iuxta contractum se inter et nonnullas virgines Hinsbergenses initum (d) ac Amplissimo capitulo notum expungere de iure incumbit, hinc expunctionem istam eidem inungi seu alias omni meliore modo adversus D. Hillesheimensis praetensiones citra commissi monasterii sibi damnum provideri petit.

49. Capitulum scribet adm. R. D. Hillesheimensi requiretque, ut ab intentata lite abstineat (e), atque interim simul laborabitur, ut compositio fiat inter D. Knechtstedensem et D. Hinsbergensem.

49. D. D. Wadegotiensis et Romersdorffiensis resolvunt ad propositionem fratrum administratorum et bonorum et seminarii Dunwaldensium in sessione sexta factam (p. 228), quod conditiones in illa expressas acceptent simulque in parata pecunia (f) circa festum quidem S. Martini D. Wadegotiensis 800, D. Romersdorffiensis proxima opportunitate 700 et, ubi religiosus ad seminarium (g) venit, 100 daleros imperiales numerare velint in moneta currente, hac adiecta conditione, quod omni tempore et in perpetuum ex monasterio Wadegotiensi unus religiosus et ex Romersdorffiensi unus in praedicto seminario studere eique

(a) Hs : intrim.
(b) Hs : Hinsbergensi.
(c) Hs :Hinsbergensi.
(d) Hs : initium.
(f) Hs : poecunia.
(e) Hs : lite atque.
(g) Hs : seminarii.

ibidem victus aliaque necessaria, ut Steinfeldensibus, solis medicinalibus et vestibus exceptis, suppeditari debeant. Quodsi praedicti abbates religiosos non habeant, quos mittere possint ad studia, seminarium nihilominus libere gaudebit fructu ex summa 800 imperialium proveniente, sine omni prorsus onere, nec obligabitur monasterio Wadegotiensi vel Romersdorffiensi ad aliud quam ad religiosum in seminario studentem.

50. D. vicarius et reliqui praelati et singulariter D. D. administratores seminarii ratam habent oblationem et resolutionem eamque acceptant.

51. Capitulum etiam insistendo capitulo provinciali (p. 229) de anno 1628 decernit, quod quia ordinarie qualificatiores personae in monasteriis monialium pro praepositis aut (a) prioribus instituuntur, aequum iustumque sit, quod eadem monasteria conferunt aliquid ad commune provinciae seminarium, in quo praepositi efformantur ad talem qualificationem. Itaque proportione servata ad taxam anno 1628 factam contribuet annue Hinsberg 10 imperiales et Mare similiter 10, Ölinghausen 8, Rombeck 4, S. Catharina in Tremonia 5, Füssenich 5, Angelica Porta 6, Rode 4, Ellen 4, Essig 2, solvendos circa festum S. Martini. Cum pluribus monasteriis sit difficile, suos novitios ad communem novitiatum mittere propter personarum paupertem et maiores sumptus aliaque plura incommoda,

52. Praelati non nobiles providebunt sibi de idoneis magistris, qui secundum constitutiones (557) ordinis sibi commissos discrete regant, dextere mortificent (b), pietatem sollicite instillent et ad regularis vitae perfectionem efforment. Quia vero nobilibus cœnobiis non est (p. 230) talis commoditas novitios informandi, praelati in iisdem suos novitios deinceps admittendos Steinfeldiam mittent, ut ibidem diligenter et graviter exerceantur, praestabiturque anticipate solutio de dimidio in dimidium annum, nimirum 25 imperialium in quovis termino in aedibus Steinfeldensibus Coloniae, providebitur quoque a praelatis propriis his novitiis de necessariis vitae quoad vestes, utensilia in et extra cubicula, ut sunt lectus cum appertinentiis lodicibus, stragulis, pallium chorale, superpellicium, et si quae habeant vel facienda vel reparanda, id fiat ex deposito ipsorum.

54. Sessio nona. Admodum R. D. Knechtstedensis exponit, quod

(a) Hs.: praepositis prioribus.
(b) Hs.: mortifficent.

paratus sit extradere litteras a priore Ellensi petitas. Contraventionis causam component admodum Reverendi Domini Wadegotiensis, Romersdorffiensis et Capenbergensis. His itaque intervenientibus, conventum fuit ex utraque parte, quod D. Knechtstedensis priori Ellensi litteras praetensas de 300 daleris Joachimicis tradere ad manus, prior vero benememorato D. Knechtstedensis priori Ellensi litteras praetensas de 300 daleris (p. 231), atque ita omnis ex utraque parte praetensio et actio cessare et lis et contentio omnis sopiri et econtra charitatis vinculum vigere. Proponitur, an pastores iuxta vires et facultates suorum pastoratuum non debeant merito aliquid conferre ad seminarium provinciale ? Capitulum reliquit discretioni et liberalitati D. D. pastorum.

55. Admodum R. D. Hinsbergensis exponit, credere se, quod literae ad D. Hillesheimensem dandae non sint quidquam profuturae, ideoque ipse ab impeditione D. Hillesheimensis non liberandus. Petit itaque, mandari D. Knechtstedensi, ut iuxta contractum anno 1671 initum satisfaciat D. Hillesheimensi. D. Knechtstedensis respondit, se nullam super hac re habere informationem neque contractum illum unquam in originali vidisse, ideoque requirit D. vicarium, velit scribere D. Hillesheimensi, ut in exactione debiti paulo patientius agat, donec inter ipsum et D. Knechtstedensem et D. praepositum controversia amicabiliter,ut speratur ex fundamento, unius vel alterius mensis (p. 232) spatio sit composita. Additis etiam hinc inde propositionibus D. Knechtstedensis et D. Scheidensis, capitulum definit, rem illam committendam esse impartialibus arbitris ; ante omnia tamen attentandam esse amicabilem compositionem, quam unice exoptat, poteruntque tamquam mediatores sese interponere D. Wedinghausanus cum D. D. praepositis Ölinghausano et Rumbeckano, iunctim vel divisim.

56. Capitulum tandem iterato authoritate Illustrissimi D. Praemonstratensis totiusque capituli generalis novissimi serio et districte iniungit admodum R. et Amplissimo D. abbati superioris et praeposito inferioris Cellae Herbipolensis, ut commodissimis et opportunis (a) modis ac mediis agant apud Reverendissimum et Celsissimum episcopum Herbipolensem eiusque cathedrale capitulum pro actuali restitutione monasterii Gerlachsheim, a Caesare et ordine toties desiderata et respective

(a) Hs. : apportunis.

demandata, attentis iis, quae memorat praepositus in particularibus literis ad D. vicarium generalem post congregationem Confluentiam. Idem iniungitur D. Arensteinensi (p. 233) respectu monasterii Beselicensis, implorando tutores principis Hademariensis Nassovici (558). Vicarius interim generalis ope et consilio comprovincialium suorum necnon Reverendissimi D. Pragensis adiutus, sumet sibi curae restitutionem Lorsch et Rheters apud Eminentissimum principem Electorem Moguntinensem, atque ita provinciale hoc capitulum finiunt Patres candidi Praemonstratensis ordinis, cuius propositiones et decreta lecta, publicata, subscripta et sigillata sunt, salvo iure cuiuscumque, sine ullo praeiudicio et consequentia, die 5. Maii. hora 11 matutina in sacello D. Norberti Coloniae anno 1680 cum impressione sigilli provincialis, secretario nostro pariter subscribere iusso. Sequuntur nomina :

f. Joannes Luckenraht, abbas Steinfeldensis, vicarius generalis.

f. Petrus Teveren, abbas in Knechtsteden.

f. Petrus Marx, abbas Wadegotiensis.

f. Carolus Wirtz, abbas Romersdorffiensis.

(p. 234) f. Adolphus Gülich, abbas Sainensis.

f. Bernardus Theodorus a Westrem, praepositus Capenbergensis.

f. Bernardus de Kerckeringh, praepositus Clarholtanus.

f. Casparus ab Aldenbruck, praepositus Scheidensis.

f. Constantinus Ferdinandus a Loen, praepositus Hinsbergensis

f. Nicolaus Engel, praepositus Olinghausanus

f. Christophorus Eslinck, praepositus Rombecensis

f. Jacobus Tilmans, praepositus Langwadensis

Loco Georgii Theodori a Nagel praepositi Varlarensis absentis f. Theodorus Bernardus a Westrem, praepositus Capenbergensis

Loco f. Joannis Hundt, praepositi in Capell, f. Petrus Teveren, abbas Knechtstedensis

f. Norbertus Bicker, Wedinghausanus prior nomine praelati sui

f. Bartholomaeus van der Steyn, praepositus S. Gerlaci.

f. Antonius Schlinckman, abbas Arensteinensis, per superiorem suum

f. Theodorus Firmenich tamquam deputatus D. abbatis Hambornensis

f. Adamus Schmitz, praeses seminarii S. Norberti, tamquam deputatus D. (p. 235) praepositi Cellae inferioris ac pro se

f. Petrus Bodenheim, prior in Niderehe

f. Theodorus Firmenich, prior in Dunwaldt, S. Th. L., nomine prioris Richsteinensis

f. Adolphus Bleyman, pastor Monjoiensis

f. Wilhelmus Heimbach, prior in Meer, S. Th. L.

f. Franciscus Derichsweiler, prior in Ellen

f. Matthias Sontag, prior Stellae Mariae auf Essig.

f. Hieronimus Cranenbach, deputatus unius partis pastorum Steinfeldensium et prioris in Füssenich

f. Martinus Balthasar a Gaugreben, prior Capenbergensis

f. Joannes Cuperus, prior Steinfeldensis

f. Godefridus Frohn, prior Knechtstedensis.

f. Norbertus Bicker, prior Wedinghausanus.

(559) f. Petrus Aldenhoffen, supprior Arensteinensis

f. Georgius Apfel, prior Ilbenstadiensis

f. Ludovicus Mentge, prior in Aldenburg per suum abbatem

f. Casparus Ludwigs, prior in Rode Romersdorffiensem

Pro Angelica Porta f. Adolphus Gulich subscripsit.

Nomine f. Hermanni Greven f. Petrus Teveren, pater-abbas

f. Augustinus Mey, pastor Wehrensis

(p. 236) f. Joannes Axer, pastor Ripsdorfiensis, nomine ff. pastorum Steinfeldensium

f. Sigismundis Lindweiler pro se et pastoribus Hinsbergensibus

f. Adolphus Bleyman pro se et pastoribus Reichsteinensibus.

f. Godefridus Frohn, prior Knechtstedensis, loco pastorum nostrorum Geldriensium et Juliacensium.

f. Jacobus de Pierre, magister novitiorum in Arenstein, nomine pastorum Windensis et S. Margarethae.

EX MANDATO AMPLISSIMI DOMINI VICARII TOTIUSQUE CAPITULI

f. Godefridus Bleyman secretarius manu propria.

(p. 237) Translatio litterarum ab Eminentissimo et Reverendissimo Cardinale Cybo datarum ad Illustrissimum et Reverendissimum Nuntium apostolicum Coloniensem.

Inter praecipua pietatis opera ab apostolicis Nuntiis praedecessoribus Dominationis Vestrae Illustrissimae istic promota et magna summorum pontificum commendatione et plausu accepta fuit studium, quo iidem curarunt, ut religiosi ordines, insignia monasteria in istis partibus habentes, erigerent Coloniae seminaria pro meliore educatione et instructione religiosorum, praecipue illorum, qui ad animarum curas iisdem monasteriis unitas destinandi, proprium gregem pascere debent non solo sacramentorum, verum etiam sanae doctrinae cibo, ad vicinorum haereticorum errores evitandos et confutandos. Hinc Sanctissimus Dominus Noster summo pro salute animarum zelo ardens cum audierit, ex duobus seminariis istic a patribus Benedictinis et Praemonstratensibus iam pridem erectis unum penitus desiisse, alterum vero maiora secundum spem incrementa non habuisse, iussit ad Dominationem Vestram Illustrissimam (p. 238) scribi, ut ipse suorum praedecessorum piis conatibus inhaerens proficuum istud opus efficaciter amplectatur et promoveat curando, ut praedicti duo ordines sua seminaria in pristinum statum et splendorem reducant aliique religiosi horum exemplum sequantur, ipsi interim authoritatem et favorem suum, prout opus censuerit, subministrante. Spondet sibi Sanctissimus a Dominatione Vestra Illustrissima omnem curam et sollicitudinem in re summopere placitura Sanctitati Suae, quae opportuno tempore plenam de totius operis exitu informationem expectabit. Interim ego felicissima omnia Eidem apprecor. Romae 24. Februarii (a) 1680.

Zelus Dominationis Vestrae Illustrissimae non indiget novis stimulis ad hoc, ut ipsa omnem operam navet in promovenda istic restauratione seminariorum religiosorum ordinum ad monasticae disciplinae culturam et observantiam summopere conducentium. Sanctissimus Dominus noster persuasum sibi habet, ipsum ex se spiritus sui ad omnia pietatis opera tam propensi vires et acumen ad id contributurum, unde expectanda mihi solum remanet plena totius operis executio et relatio per me (p. 239) Sanctitati Suae communicanda. Interim Eidem veram et perennem precor felicitatem. Romae 6. Aprilis anno 1680.

Litterae Illustrissimi Domini Nuntii apostolici ad Dominos

(a) Hs. : Fibruarii.

praelatos per capitulum provinciale Praemonstratensis ordinis ad eundem deputatos.

Admodum reverendi patres !

Licet patribus vestris satis superque dixisse me putem circa mentem Sanctissimi et congruitatem, quin et necessitatem providendi pro augmento studiorum fratrum ordinis in hac circaria, quod praecipue medio seminario Coloniensi fieri debet, nihilominus, ne in hac re deficiam muneri meo et cum gerendorum exacte rationem Sanctissimo Domino Nostro referre debeam, dictis addere volo translationem ex Italico in Latinum litterarum, de quibus hoc mane mentionem feci et quas ad me de mandato Sanctitatis Suae Eminentissimus Cardinalis Cybo scripsit (p. 240). Paternitates Vestrae referendo in capitulo mentionem apostolicae sedis per me ipsis expositam hanc translationem ibidem legere poterunt. Interim iisdem caeterisque patribus congregatis divini Spiritus gratiam et lumen in omnibus apprecor. Coloniae 2. Maii 1680.

Paternitati Vestrae admodum reverendae
officiosissimus ad omnia
O. Archiepiscopus Ephesinus (1).

Ex relatione legationis apostolicae Illustrissimi Domini Caraffa, postea S. R. E. (a) Cardinalis, ab anno 1624 usque ad annum 1634, typis impressa et ad Cardinalem Barberinum directa.

Num. 44. Congregationi Bursfeldensi ordinis s. Benedicti author semper fui, ut e singulis cœnobiis delectos iuvenes post exactum tyrocinium ad studia philosophiae et s. theologiae mitteret Coloniam, in qua nimirum civitate proprii ordinis seminarium habet. Item suasi pariter ordinibus Praemonstratensi et Cisterciensi ; et ille quidem ibi seminarium suis (p. 241) religiosis perinde aperuit (b) ad bonas animi artes capescendas referendamque sacrae eruditionis famam, ille hic vero, quoniam fuerunt hactenus studiis tranquillis parum amica tempora vel parum certe commoda impensis erogandis pro seminario simili

(a) Hs. : D.
(b) Hs. : apperuit.
(c) Hs. : abbas.

(1) Opizio Pallavicini.

erigendo, suos saltem religiosos in cœnobia diversa civitatis Coloniensis, item studiorum causa, ire promisit, ut sanae doctrinae subsidio disciplinam ordinis certius retinerent.

Confirmatio Illustrissimi et Reverendissimi Generalis D. Michaelis Colbert, abbatis (c) Praemonstratensis. Eiusdem ordinis caput et Generalis, Christianissimi Francorum regis consiliarius.

Visis per nos, examinatis diligenterque consideratis omnibus et singulis decretis capituli provincialis pro circariis Westphaliae, Wadegotiae et Iveldiae celebrati Coloniae 30. Aprilis et sequentibus diebus mensis Maii novissime praeteriti (p. 242), una cum decretis congregationum anno 1678 Capenbergae et Confluentiae celebratarum, lectis etiam litteris Reverendi admodum D. abbatis Steinfeldensis, nostri in praedictis circariis vicarii et in dicto capitulo et congregationibus praesidis, ad nos transmissis, quibus eorundem decretorum vel in toto vel in parte confirmatio humiliter a nobis postulatur, Nos iuste postulatis annuere volentes, decreta omnia praedicta, superius ex originali transscripta, approbamus et confirmamus, reservata nihilominus nobis, successoribus nostris et capitulo generali circa praedicta omnia, quoties videbitur, ea vel ex toto vel ex parte mutanda, disponendi facultate. Mandamus in virtute sanctae obedientiae nostro per praedictas circarias vicario, ut haec decreta a nobis confirmata statim publicet et ab omnibus dictarum circariarum religiosis, praelatis et subditis, acceptari et observari procuret, sub pœnis contra inobedientes per iura et statuta nostra decretis. In quorum fidem (p. 243) praesentes a nobis subscriptas et secretario nostro sigilli nostri impressione iussimus communiri. Datum in archicœnobio nostro Praemonstratensi die 25. Junii 1680.

Erat subscriptum
f. Michael Colbert, abbas Praemonstratensis et Generalis.
et infra
De mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini mei D. abbatis Praemonstratensis, totius ordinis capitis ac Generalis
f. Ludovicus Fera m. p.

Litterae eiusdem Illustrissimi D. Generalis ad abbatem Steinfeldensem de dato 25. Junii 1680.

Reverende admodum Domine ! A tribus fere mensibus hucusque capitulis [p. 244] provincialibus ordinis, tam Lotharingia, quam Parisiis congregatis, et aliis (a) diversis negotiis implicatus, tuis litteris responsum non feci, sed simulatque in nostra Praemonstratensi solitudine respirare licuit, ad tuae provinciae statum totus me converti, de cuius bono regimine tibi maxime oportet gratulari, in tam duris praesertim et calamitosis nuper elapsis temporibus. Ordinationes capituli Coloniensis una cum decretis Capenbergae et Confluentiae congregationum confirmo, quae omnia simul in uno fasciculo descripta nunc remitto. Ad dubia et declarationes standum est decretis capitulorum generalium. Quo pacto Varlarensis praepositura vacavit, prorsus nescivi, bono tamen tuo fretus testimonio, petitam a te pro electo confirmationem nostram libens transmitto. Interim zelo tuo omnia commendans maneo

Reverende admodum Domine

addictissimus tuus in Christo servus et humillimus confrater

f. Michael Colbert abbas Praemonstratensis et Generalis.

[p. 245] Supradicta omnia suo originali verbotenus concordare, testor sigillo et manu propriis, secretario pariter subscribere iusso. Steinfeldiae, Sept. 1680.

Suprascripta omnia concordant cum veris suis autographis, uti testor.

f. Theodorus Firmenich, abbas Steinfeldensis, m. p.

De mandato Reverendissimi D. mei, abbatis Steinfeldensis, vicarii generalis,

f. Arnoldus Sago, secretarius, m. p.

(a) Hs. : congregatis aliis.

(p. 397) CAPITULUM PROVINCIALE DE ANNO 1716 28. APRILIS.

821. Cum religiosae reipublicae cuiuscumque plurimum interesse noscatur, imo pro eius conservatione et incremento necessarium omnino videatur, eius membra tum generaliter, tum provincialiter certis annorum interstitiis (a) congregari, deque communi ordinis bono ac honore promovendo inter se mutuo conferre et consultare, Reverendissimus D. vicarius generalis caeterique Amplissimi D. D. praelati circariarum Westphaliae, Iveldiae, Wadegotiae dudum in votis habuerunt pro capitulo provinciali conveniendi. Verum cum inter arma leges sileant, huiusmodi conferentiam ad 20 et ultra annos differre debuerunt, donec iam per Dei gratiam subsecuta pace (cuius fructibus utinam diu gaudeamus) Reverendissimus D. Steinfeldensis, qua vicarius generalis circariarum huiusmodi, per diploma hunc in finem impressum sub dato 13. Januarii huius 1716. comitia provincialia conscripsit, vigore quorum 28. Aprilis eiusdem anni praefati infrascripti praelati et praelatorum deputati praepositi, priores, pastores etc. Coloniae in oratorio S. Norberti imo convenere, omnes in habitu ordinis competente, e quibus Reverendissimus (p. 398) D. vicarius sacrificium missae de Spiritu sancto pro felici successu Deo obtulit, eoque finito hymnum Veni Creator Spiritus intonavit, cuem omnes flexis genibus prosecuti sunt (b), post hunc Reverendissimus D. vicarius sermonem aptum de zelo regularis disciplinae, deque studiorum promotione aliisque ad rem facientibus ad D. D. concapitulares habuit, eoque praevio omnes D. D. praelatos una cum secretario capituli assumpto ad iuramentum admisit, deinde tres definitores, nimirum D. Saynensem, visitatorem provinciae, D. Rommersdorffiensem et D. Wedinghausanum omnium consensu elegit, demum absentium deputationes et plenipotentias examinavit. Quibus praeviis Reverendissimus D. vicarius omnium primo erectionis monasterii Reichsteinensis in praeposituram ab Illustrissimo

(a) Hs. : intersitiis.
(b) Hs. : intonarunt.

Generali datas praelegit, post has statim controversiam ratione seminarii et eo pertinentium redituum a quibusdam obmotam decidendam aggressus. Verum quia plures ea documenta, quae in hunc finem edita et communicata fuere, nondum legerant, eandem in sequentem aut sequentes sessiones differendam duxerunt, in quibus sequentia ad Dei omnipotentis gloriam et canonici Praemonstratensis ordinis incrementum ordinata sunt.

Et imprimis quidem prae ceteris placuit, capitulum provinciale de anno 1665 praelegere eiusdemque decretis per omnia inhaerere, ac illud ipsum de verbo ad verbum quatenus huic insertum ac repetitum habere, adiectis iis, quae sequuntur.

(p. 399) 1. Postquam D. Arensteinensis, D. prior Aldenburgensis et plures alii difficultatem seu gravamen ratione talliarum D. Procuratori Romano solvendarum obmovissent, quasi plus, quam vires paterentur, solvere deberent, attento quod aliquae provinciae, signanter Brabantinae, nihil solvant, resolvit capitulum, litteras Illustrissimo D. Generali desuper inscribendas esse, interea matriculam eo usque usitatam in statu quo relinquendam et iuxta eandem procedendum, nisi D. Procurator Generalis quotam aliquibus liberaliter remittere vellet.

Item sessione secunda D. Saynensis proposuit capitulo, quod processum habeat cum D. Decano rurali ibidem, qui praetendat, religiosos conventuales, dum officio pastoris funguntur, non minus quam alios extra monasterium et in pastoratibus, Ordinario seu Diœcesano pleno iure subiectis, habitantes ad praestandum sibi iuramentum obedientiae, solvendam sibi marcam Domini, ut vocant, et comparendum semper in capitulo astringere, in qua causa, si forte praeter spem succumberet, toti provinciae inde praeiudicium accrescere posset ; proinde petebat, an non in hac et similibus causis communibus provinciae comprovinciales omnes concurrere deberent, et omnium votis resolutum fuit, quod sic, quodque D. Saynensis statim a sententia, si quae forte sacro ordini contraria feratur, nomine s. ordinis (p. 400) appellare debeat atque communibus sumptibus ad modum talliarum colligendis processum prosequi.

Post haec examinari cœpit controversia ratione seminarii et redituum Dunwaldensium huic applicandorum, et postquam multa hinc inde pro et contra argumenta in medium (822) producta fuissent, tandem unanimi sensu et voto in eam sententiam conspirarunt omnes D. D. capitulares, quod pro amore pacis et seminarii flore, sine tamen praeiudicio et salvis dispositione D. Norberti Horrichem ac privilegiis pontificiis in bulla praelato Steinfeldensi concessis, usque ad

futurum capitulum provinciale Steinfeldia, praeter tres fratres Dunwaldiae, praesidem item et lectorem hic in seminario existentes, septem alios alumnos, provincia autem, sicut hactenus, tot quot poterunt in seminario sustentari, pro quolibet tantum 40 imperiales solvendo, habere possit, remanentibus in statu suo fundationibus illis ab antea erectis, super quo quidem deputatus D. praepositi Clarholtani pluries protestabatur, desiderans, ut capitale suum (eo quod rarius religiosos ad seminarium emittere possent) refunderetur, sed capitulum decreto suo ac iuri seminario acquisito inhaerendum putabat. Propositum deinde fuit, an abbatiae (a) Cellensis, Wadegotiensis, Ilbenstadiensis participare debeant de reditibus Dunwaldensibus provinciae assignatis, et responderunt D. D. comprovinciales, quod dicta monasteria (p. 401), quamdiu suberunt uni vicario generali provinciae Westphalicae neque ab ea separentur, gaudere debeant eodem iure, quo alia monasteria huius provinciae.

Eodem lectum fuit capituli provincialis de anno 1680 decretum, vigore cuius omnes D. D. praepositi et priores monialium necnon pastores omnes provinciae quotannis certam quotam in subsidium seminarii persolvant, et resolutum fuit, quod inhaerendo dicto decreto omnes pro rata aliquid contribuere debeant. Quem in finem Amplissimus D. Rommersdorffiensis pro monasteriis Aldenburg et Rode sibi subiectis semel pro semper 100 daleros seu florenos rhenanos, D. praepositus Olinghausanus totidem, Heinsbergensis similiter, Rumbecanus 30, prior Marensis 100, Ellensis 50, Füssenicensis totidem et etiam Angelica Porta vel plaustrum vini, pro Essig et Gartzen Reverendissimus D. Steinfeldensis tamquam sibi subiectis et alias indigentibus 50 florenos, Catharina in Tremonia 30 obtulerunt, pro inferiori Ilbenstadio quoque 50 sub spe rati oblati fuere. Deputati aliorum monasteriorum, utpote Cellae inferioris, Langwadensis etc. excusarunt se, cum ex hisce partibus ac proinde nec ex seminario soleant accipere religiosos, nihil contribuere possint, cum hac tamen addictione, quod si forte futuris temporibus (p. 402) religiosos inde acciperent, libenter quoque pro rata contribuere velint. Quoad pastores omnes responderunt D. D. praelati, quod quantum fieri posset, omnes annuatim duos imperiales de consensu suo contribuere debeant, praeterquam quod D. praelatus Wedinghausanus pro suo pastore in Hüsten semel pro semper 20 daleros, Werlensis totidem et D. Wadegotiensis pro suis semel pro semper 50 imperiales contribuere velint. Domini praelati Arensteinensis et

(a) Hs.: abbatia.

Ilbenstadiensis excusarunt se, eo quod pastoratus eorum fere omnes ab haereticis occupati sint, et deputatus Cellensis addixit, si religiosum in seminario habituri essent, pro pastoribus sui monasteii satisfactum iri. Terminus autem solutionis erit praeterpropter festum S. Martini.

Deinde Reverendissimus D. vicarius generalis proposuit capitulo, quod, sicuti viderent, aedificare cœperit in commodum seminarii quatuor circiter cubicula praeter novum refectorium, scire cupiens, an non merito hoc ipsum sumptibus communibus seminarii fieri debeat, et responderunt D. D. comprovinciales, si huiusmodi structura pro seminario manere debeat, dignum et iustum fore, ex communibus seminarii reditibus desumi. Atque ita liti huic et controversiae, ratione portionis ex reditibus Dunwaldensibus provinciae debitae, hactenus ventilatae finis impositus fuit cum hac conditione, ut D. (p. 403) Knechtstedensis ratione expensarum alumnus unus duobus annis gratis sustentetur. Computus seminarii et Dunwaldenses, postquam a Reverendissimo D. (a) Steinfeldensi qua inspectore apostolico revisi (823) et recessati fuerint, si ab uno alterove praelato provinciae inspici velint, negandi non sint, et fratres seminaristae congruenter legibus seminarii bene se habeant, ac bene praesertim quoad panem et cerevisiam iuxta praescriptum statutorum habeantur.

Post haec negotium, quod fratres conventuales Knechtstedenses adversus D. praelatum suum moverunt, quoque examinatum fuit, dum se religiosus a conventu Knechtstedensi deputatus, nomine f. Cyriacus Tils, ad capitulum insinuaret, petens audiri a capitulo. Quare Reverendissimi D. D. definitores egressi ad audiendum eundem et referendum desuper capitulo, qui dum reverterentur, voluit capitulum, ut D. Knechtstedensis una cum priore suo tantisper secederet, quoadusque relatio et deliberatio desuper facta foret. Quibus itaque egressis, retulerunt D. D. definitores, fratres Knechtstedenses putare, D. praelatum suum (qui ab ante saepius exceperat (?) contra admissionem querelarum suorum conventualium, eo quod iuxta statuta nunquam debite praemonitus fuisset) sufficienter per relictum, quod confe (p. 404) rebant, monitum esse, praeterquam quod eundem per D. priorem suum monere quidem voluissent, sed hic ipsum facere recusasset, sese autem maxime gravatos esse, quod relicta visitationum non servarentur. Praelectum itaque et examinatum de puncto ad punctum fuit ultimum relictum et desuper a

(a) Hs.: Reverendissimo Steinfeldensi.

D. D. definitoribus resolutum fuit, D. Knechtsetedensem adhuc semel a toto capitulo admonendum, ut sese relicto ab Illustrissimo D. Generali confirmato plenius conformet, alioquin altefatum Illustrissimum pro arctioribus et congruis remediis necessario implorandum fore, quam et resolutionem quoque una cum gravaminibus omnibus ex parte fratrum Knechtstedensium D. praelato loci cum priore suo ad capitulum revocato proposuerunt, et postquam ad singula insistendo protestationi et contestationi de non factis ordinationibus a Reverendissimis D. D. visitatoribus factis, quantum posset, morem gerere velit, quo responso capitulum acquievit et sessionem finiit.

Altera, quae erat 4. Maii et sessio 10., iterum deputatus Knechtstedensis dabat ad protocollum scedulam, qua petebantur duo vel tres praelati Knechtstadium deputari ad audiendum coram fratrum gravamina etc., D. Knechtstedensis econtra 8 puncta, quibus se gravatum putaret etc., ad quae capitulum resolvit (p. 405), fratribus respondendum esse, quod declarationi D. praelati sui pro nunc acquiescere et cum eodem ac D. (a) priore suo pacifice convivere debeant ; quod si autem D. praelatus congruenter factae declarationi suae, relictis et ordinationibus ab ante factis morem gerere et factis praemonitionibus iuxta capitulum generale de anno 1670, item statuta nostra dist. 2 c. 10 n. 22, 23, 24, 25 et 26, item dist. 4 c. 19 p. tot emendanda emendare nollet, vel etiam ipsimet fratres conventuales sese conformiter relictis habituri non essent, capitulum utrique parti pro commissariis Amplissimos D. D. Saynensem et Wedinghausanum deputaret, ad quos gravati recursum suum sumere debeant. Qui ex tunc totum negotium examinabunt et, quod iuris ac statutorum erit, statuent, quo responso licet fratres Knechtstedenses nondum acquiescere vellent, capitulum tamen decreto suo inhaerendum putavit.

His controversiis, qualiter pro nunc fieri potuit, taliter compositis, capitulum ratione communis novitiatus deliberare cœpit, pro quo noviter erigendo omnes unanimi voto conspirarunt et pro hoc abbatiam Saynensem elegerunt, assignantes pro cuiuslibet novitii vitalicio annue 55 imperiales praeter lectum, quem quodlibet monasterium procurabit, de caetero referentes se ad ordinationes pro communi novitiatu anno 1665 Dunwaldiae praescriptas. Pro magistro novitiorum deputarunt f. Henricum Freissem, antehac magistrum novitiorum in Steinfeld et Niderehe. De (p. 406) submagistro autem providere penes D. Saynensem manebit, qui omnia ita disponet, ut circa Pascha sequentis anni novitii eo mitti queant.

(a) Hs. : ac P. priore.

Post haec quoque resolutum fuit, quod in provincia quoque commune aerarium pro communibus necessitatibus provinciae erigi debeat, ex quo pro causa aliqua totam provinciam concernente seu praeiudicium aut interesse habente, praevio tamen consensu a Reverendissimo D. vicario generali et quatuor abbatibus vicinioribus per litteras requirendo sumptus, qui (a) impendendi sint, impendantur, (824) pro quo Reverendissimus D. vicarius generalis obtulit 20 imperiales, D. visitator Saynensis 6, D. Rommersdorffiensis itidem 20, D. Knechtstedensis 20, D. Wedinghausanus 12, D. Arensteinensis 10, D. Wadegotiensis 15, D. praepositus Reichsteinensis 6, D. Olinghausanus 5, D. Hinsbergensis 5, D. Langwadensis 5, D. Rumbecanus 2 imperiales. Item deputati Clarholtanus 15, Cappenbergensis 20, Varlarensis 15, Hambornensis 4, Cella inferior 10, Ilbenstadt 15 sub spe rati obtulerunt.

Item monasterium Marense 5, Aldenburgense 2, Rodense 1, Angelica Porta 1, Essig, Gartzen et Tremonia quodlibet 1, Ellen 2, Füssenich 2 imperiales contribuent. Inspectionem huiusmodi aerarii habebit praeses seminarii cum onere reddendi computus. His itaque decisis, capitulum particularia monasteriorum gravamina decidit, ut sequitur : Postquam D. prior (p. 407) Aldenburgensis praesentasset ad protocollum supplicam cum tribus adiunctis litteris A. B. et C., qua ex parte conventus ibidem petebatur, ut succurretur sibi in recuperando monasterio Rethers (b) a D. Rommersdorffiensi cum omni iure dudum pro meliori subsistentia cesso, resolvit capitulum, Eminentissimo Electori Moguntino nomine totius capituli scribendum, et restitutionem quovis meliori urgendam fore.

Item Aplissimus D. praepositus Heinsbergensis in scriptis exposuit, quod priorissa defuncta cum monialibus nuper ad vacantem ecclesiam in Geilenkirchen contra suam voluntatem nulliter religiosum aliquem Reichsteinensem praesentarit, uti pluribus sub littera O, petens hanc quaestionem decidi, a quonam deinceps et quomodo collatio beneficiorum et praesentatio ad illa fieri debeat ; responderunt D. D. definitores, rem istam ad capitulum generale remittendam ; interea autem esse standum litteris a Reverendissimo et Illustrissimo D. Generali emanatis sub dato 20. Maii 1713, in quibus haec formalia continebantur : Mens nostra alia non est, nisi ut nemini praeiudicetur per hunc actum, sed casu, quo contingeret beneficium aliquod vacare, omnia serventur, quomodo servata sunt

(a) Hs. : sumptus impendendi.
(b) Hs. : Rathers.

ante motam controversiam, donec a nobis vel capitulo generali res definiatur, et addixerunt omnes D. D. praelati, quod nulli suorum aliter beneficium acceptandi licentiam dare velint. (p. 408) Item D. praepositus Olinghausanus proposuit, bona aliqua sui monasterii fuisse antehac sine debita licentia et solennitate in damnum monasterii adeoque nulliter alienata, ac propterea a D. D. visitatoribus distractio huiusmodi cassata fuisset, quae idem bene memoratus Dominus vindicare intenderet ac propterea documentis ab Illustrissimo D. Generali indigeret, proinde intercessionales ad Illustrissimum a capitulo peteret, quae ipsi addictae fuerunt, rogando Illustrissimum, quatenus eadem communicare non gravetur.

Proposita deinde fuit quaestio, an pater-abbas aliquis et in specie D. praelatus Hambornensis non habeat potestatem, in monasteriis sibi subiectis priores et sacellanos instituere et, si sint, amovere ac alios idoneos ex suo aut alio quocumque monasterio substituere, respondit capitulum, hoc sufficienter decisum reperiri in statutis ordinis, ideoque eo remitti.

Demum proposuit Eximius D. prior Cellensis et deputatus monasterii eiusdem, an non merito omnes D. D. comprovinciales aliquid contribuere velint pro recuperando monasterio Gerlachsheimensi, pro quo ad 6000 imperiales iam tum impensa et pro executione sententiae plures requirerentur. Respondit Reverendissimus D. vicarius, sicut et D. Rommersdorffiensis, quod pro sua parte libenter contribuere velint ; idem quoque plures alii facturi sint, si requiratur necessitas et monasterio recuperato refundantur ea, quae in hunc finem praerogata fuerint.

(p. 409) Denique D. Rommersdorffiensis proposuit, quaestionem esse inter ipsum et D. Arensteinensem ratione praecedentiae in actibus publicis, et quia hucusque esset in continua possessione, peteret a capitulo decerni, se in possessione manutenendum, quoadusque D. Arensteinensis probaret, ecclesiam suam seu fundationem antiquiorem esse. Respondit D. vicarius et visitator, quod supposita possessione omnino manutenendus sit in possessorio, verum de hoc non sufficienter sibi constare, ideoque utriusque documenta prius examinanda, pro quo duo praelati Wedinghausanus et Olinghausanus deputati sunt, qui rem decernant, postquam documenta ipsis pro utraque parte communicata fuerint.

Tandem quaesitum fuit, an D. praepositus Reichsteinensis, utpote recenter institutus, quantumvis sit virorum, aliis praepositis monialium ab olim institutis cedere debeat ? desuper quo ad decisionem capituli generalis expectare volunt.

(825). Ultimo demum propositum fuit, quod in monasterio Wenauviensi saecularis aliquis clericus curam et administrationem exteriorum gerat, item quod monialis aliqua ibidem professa, soror Schlössers dicta, in alio alterius ordinis monasterio degat, denique quod ibidem in monasterio, quod per priorem regitur, praeter magistram sit priorissa et supprioriſsa etc. Capitulum dedit commissionem D. Rom(p. 410)mesdorffiensi, D. Floreffiensem qua loci patrem abbatem requirendi ad huiusmodi abusus tollendos.

His itaque conclusis capitulum circa statuta ordinis generalia statuit sequentia :

1. Quod omnes D. D. praelati cruces suas pectorales, maxime quando foras prodeunt, uniformiter supra scapulare et usque ad cingulum tantum dependentes gestare debeant.
2. Abusus in aliquibus monasteriis, quod moniales post professionem magistrae aut priorissae obedientiam promittant, tollendos esse, et hanc obedientiam tantum D. D. praepositis, etiam in altari post lectionem scedulae professionis cum manus osculo, et in monasteriis, quae per priores reguntur, iisdem in absentia patris-abbatis sub hac formula : tibi praesentanti patrem-abbatem praestandam esse. Item priorissam aliquam officio suo defunctam nullam praerogativam habere, sed ad stallum et locum professionis suae redire debere.
3. Ad quaestionem obmotam, an praepositi, quando obedientias distribuere vel aliquid statuere volunt, priorissam prius consulere debeant ? resolvit capitulum, id non esse de necessitate, sed relinquendum discretioni et arbitrio D. D. praepositorum, adeoque non esse obligationis (p. 411), de congruentia tamen esse, ut consulant priorissas in casibus in statutis et capitulis generalibus expressis. In monasteriis vero, ubi priores existunt, obedientias distribuere, esse penes solum patrem-abbatem, qui disponet, quid fieri debeat.
4. In morte alicuius praepositi claves non debere esse penes solas priorissas, sed sicuti in morte abbatis claudi debere.
5. Propositum fuit, summe necessarium fore, ut in monasteriis monialium ubique communitas perfecta, sine qua perfectio religiosa vix assequi posset, introducatur, ad quod D. D. definitores responderunt, eandem in monasteriis, in quibus possibile foret, introducendam conformiter suprafato capitulo provinciali de 1665, cuius decretum super hac, quantum fieri posset, observandum fore. Interim nulli religiosae pecunias aliquas relinquen-

das, sed priorissae omnes extradendas. Similiter severe prohibendum, ne pretiosa et vanitatem mundi redolentia contra paupertatem religiosae in cellis suis habeant, sed huiusmodi per superiores tollenda esse, sicut et herbas Thee, Caffe, Schockolade, omnesque eiusmodi extrahorarias potiones in omnibus conventibus, tam virorum quam monialium, abrogandas, stricte prohibenda esse, non minus quoque devotiones particulares boni communis ordinariorum exercitiorum impeditivas tolerari non debere. Convivia etiam in investitione et professione abroganda erunt, (p. 412) optatque capitulum, morem illum, quod hospitibus monialium non detur avena, ubique introducendum cum modesta monitione, ut monialium amici avenam conferant aut emant.

6. Interrogatum fuit, an annus decimus sextus pro investitione monialium requisitus debeat esse completus, et responsum, quod sic. Item ad quaestionem, quot religiosi adesse debeant, ut prima, summum sacrum et vesperae cantentur, responderunt D. D. definitores, id relinquendum visitationum relictis in quolibet loco, et ad minus cantari debere, si sex in choro esse possint. An nova festa pro universali ecclesia approbata in ordine servari debeant aut possint, relinquitur capitulo generali decidendum. Uniformitatem tamen quoad festa diœcesana celebranda in qualibet diœcesi servari debere. Ideoque D. praelato Saynensi commissio data statuendi, quae et quot in dicta diœcesi servanda sint. Oratio Sacrosanctae etc. choraliter saltem post completorium ubique dicenda. Am Rande : Quod non fuit approbatum ab Illustrissimo D. Generali, ut maneret in his uniformitas in ordine.
7. Capitulum ratione lectionis mensalis statuit, ut ubi sex vel septem religiosi fuerint, haec ubique continuo servetur, et nulli saeculares ad refectorium admittantur, nisi aliter ordinatum sit; huiusmodi lectio ab omnibus, etiam sacerdotibus, facienda. An abstinentiae ordinis sub culpa obligent, remittitur ad capitulum generale. Interim ratione abstinentiae septuagesimalis hactenus a paucis observatae et difficulter introducendae putarunt (p. 413) D. D.comprovinciales, eandem ad modum aliorum in Brabantia, sub ratificatione tamen Illustrissimi D. Generalis, a quolibet praelato in aliud pium opus esse commutandam, quousque in futuro capitulo generali desuper quid certum statuatur.
8. Declaravit capitulum, crebriora spatiamenta in septimana et compotationes in illis aut alias extra conventum omnino abro-

ganda neque tolerandum, ut conventus propria vina in sua custodia habeat, sed quod eadem, si opus, ex communi cella desumi debeant, praeterquam Knechtstadii, ubi specialis ordinatio ad tempus facta est. Invigilabunt etiam diligenter superiores, ne religiosi post chorum dormiendo et circumvagando per hortum tempus inutiliter terant, sed in hoc reos repertos pœnitentiis, usque (?) abstinentia a vino et, si opus sit, hortum claudendo coerceant, ad colloquium vero tam post prandium, quam cœnam nemo descendet,nisi prius per praesidem signo dato evocati augustissimum altaris sacramentum visitaverint ; optat etiam capitulum, religiosis a superioribus suis quotidie certum tempus statui, quo aliquid ex libro spirituali in loco communi usque ad quadrantem legant. Ad quaestionem, an teneatur religiosus, pro stipendio legere, si hoc a superiore eidem iniungatur, resolutum fuit, quod ita, et non possit subterfugere. Ad missas tamen pro necessitate, praesertim si diutius durent, (p. 414) obligandos non esse in conscientia. Ministratio ad sacrum, sicut et thurificatio, fiat iuxta ordinarium, ita ut quotiescumque fit summum sacrum cum diacono et subdiacono, thus quoque adhiberi debeat. Ad quaestionem, an soli sacerdotes vel etiam iuniores professi votum habeant in professione alicuius, respondit capitulum, observandam esse praxin hactenus in quolibet monasterio usitatam.

9. Praelectum fuit decretum et renovatum, quo vetatur, quod visitatores et visitationes nemo impedire praesumat, quod deinceps, conformiter etiam statutis, ab omnibus observandum. Item lecta fuerunt decreta capituli generalis de anno 1657 et 1665, vi quorum visitatori provinciae incumbit, singulis trienniis provinciam visitare.
10. An in morte pastoris alicuius sint decano rurali danda iura, capitulum resolvit, Romae petendam esse confirmationem bullae Julii II.
11. Resolvit capitulum, si contingat vendi alicuius monasterii praedium, et praelati de provincia illud desiderent, quod hi extraneos praecedere debeant, si tantum, quantum alius quisque, offerant.
12. Decretum, quod priores, pastores et sacellani, extra stantes non tantum, sed et conventuales, etiam moniales, singulis aut saltem alternis annis sua (p. 415) exercitia spiritualia servent. Officiales omnes suum computum reddant. De caetero fit per omnia remissio ad capitulum provinciale de anno 1665, ut supra.

Finaliter omnes capitulares submiserunt omnia supra scripta decreta iudicio et examini Illustrissimi D. Generalis, cuius obedientiae sese totaliter subiectos humillime agnoscunt, et dum ad subscribendum decretis omnes accessuri essent, praemisit D. vicarius declarationem, quod nemini per has subscriptiones quoad praecedentiam ius accrescere debeat. Acta, conclusa, lecta et publicata sunt haec omnia in praesentia D. D. abbatum, praepositorum, priorum, pastorum caeterorumque capitularium Coloniae in oratorio S. Norberti congregatorum die 6. Maii anno 1716, et pro maiori robore omnes et singuli, qui capitulo interfuerunt, nomina sua subscripserunt et sigillum capituli provincialis imprimi atque haec decreta a me infra nominato subscribi, uti et totum protocollum mundari et fideliter servari iusserunt, addentes, nemini absque expressa D. vicarii generalis licentia aliquid ex protocollo communicari debere.

Copiam hanc originali suo esse conformem attestor
F. Reynal, secretarius.

(p. 416) (827)f. Michael Kuell, abbas Steinfeldensis et vicarius generalis m. p.

f. Engelbertus Colendall, abbas Saynensis, visitator capitularis
f. Arnoldus Brewer, abbas in Knechtsteden
f. Hermannus Mertz, abbas Wadegotiensis
f. Joannes Wirtz, abbas in Rommersdorff
f. Carolus Berg, abbas Wedinghausanus
f. Joannes Schwenck, abbas Arensteinensis, sine praeiudicio cedendi Reverendissimo D. in Rommersdorff
f. Theodorus Sauter, praepositus Olinghausanus.
f. Joannes Norbertus Beckers, praepositus Heinsbergensis
f. Wilhelmus Ignatius de Witte, praepositus Langwadensis
f. Adamus Nackhoff, praepositus Rumbecensis
f. Cornelius Coertges (1)
f. Henricus a Daell, mandatarius nomine praesidis Hambornensis
f. Georgius Fasel, prior Cellae superioris, deputatus plenipotentiarius sui D. abbatis Cellensis et praepositi Cellae inferioris
f. Wernerus Vitze, plenipotentiarius D. mei abbatis Ilbenstadii superioris et inferioris
f. Wilhelmus Esser, prior ad s. Catharinam Fremoniae, qua

(1) Propst in Reichenstein.

mandatarius Reverendissimi D. praepositi Cappenbergensis
f. Leopoldus Ludovicus de Rubell, mandatarius Reverendissimi D. praepositi Clarholtani
(p. 417) f. Theodorus Sauter, qua mandatarius Reverendissimi D. praepositi Scheidensis
f. Arnoldus Brewer, abbas in Knechtsteden nomine praepositi in Cappel
f. Aegidius Entzen, mandatarius f. Christiani Steinhewer, praesidis seminarii Coloniensis infirmi
f. Petrus Seyhl, prior et pastor in Niderehe
f. Jacobus Bong, nomine f. prioris in Dunwaldt infirmi et monasterii Stellae Mariae
f. Petrus Steinhewer, s. theologiae licentiatus, prior Marensis
f. Henricus a Daell, prior in Füssenich
f. Petrus Wilden, prior et pastor in Ellen
f. Wilhelmus Esser, prior ad S. Catharinam Tremoniae
f. Melchior Kannengiesser, prior Steinfeldensis
f. Philippus Rospath, prior in Marienrode
f. Wilhelmus Erdelborn, prior Adenbergensis
f. Adolphus Damen, prior Angelicae Portae
f. Michael Kuell, abbas Steinfeldensis et vicarius generalis, nomine f. prioris Garzensis de licentia domum regressi
f. Antonius Hannes, prior Knechtstedensis
f. Philippus Rospath, prior in Marienrode, nomine prioris et pastorum in Rommersdorff
f. Theodorus Sauter, praepositus Olinghausanus, nomine prioris Wedinghausani et pastorum in Werl et Hüsten
(p. 418) f. Winandus Freissem, pastor in Erp, deputatus pastorum Steinfeldensium
f. Laurentius Reetz, pastor in Fritzdorff, deputatus pastorum Steinfeldensium
f. Antonius Hannes, prior in Knechtsteden, nomine pastorum Knechtstedensium cisrhenanorum, exceptis Teverensi et Hunshovano

In fidem omnium praemissorum
f. Laurentius Reetz, s. sedis apostolicae notarius
et capituli secretarius assumptus m. p.

Amplissime Domine vicari, fili et confrater dilectissime! Vestras cum decretis capituli provincialis laeti suscepimus omniaque laudamus et approbamus, excepto decreto super

septuagesima, quod omnino non convenit, etiam sub ratione compensationis. Enitimini igitur, ut vigeat apud vos bulla Julii II expressa in hoc puncto, saltem usque ad proximum capitulum generale. Quod Deo dante indicandum speramus, ubi ex Flandria reversi fuerimus, forte etiam transibimus usque ad vos, dabimus operam, ut praemoneamini. Non placet etiam, quod praeter uniformitatem iniunxisti, dici choraliter Sacrosanctae etc., remittimus etiam et hoc ad decisionem capituli generalis, quod (p. 419) Praemonstrati necessario habebitur, non Leodii, ut notatum fuerat, noluit etiam hoc rex christianissimus nec regens nobis concedere. Caeterum valete.

Praemonstrati 21 Maii 1716. F. Claudius Honoratus Lucas,
Praemonstrati abbas et generalis.

Concordant cum originalibus litteris Illustrissimi Domini.
M. Kuell, abbas Steinfeldensis et vicarius generalis m. p.